 tis. Datz ergo q̄ fin hūc moduz
 tot erūt scie speculatione distincte q̄
 sunt demonstrabiles cōclusionēs.

Sciētia sic diuidit̄ est vno mō
 habitus cōclusionis demonstrate. se
 cundo mō potest esse vnus habi
 tus ratōe multozū incomplexozū.
 Luz enī cōclusionēs sint in picipijs
 vltualit̄ 7 pncipija in subiecto. qz
 termin^o subiectus includit pdica
 tuz in primis pncipijs. 7 hoc vlt
 essentialit̄ si sint p se pzio mō. vel.
 vltualiter si sint p se secūdo mō

quia inquatur sic est sequitur quod in subiecto incompleto quod dicitur cognitio virtualiter continetur principia et conclusiones de tali subiecto. et sic tota noticia que de illo subiecto potest haberi et etiam ulterius que nata est haberi de alijs et per rationes eius. siue sint inferiora contenta sub ipso siue sint aliqua attributa ad ipsum ut ad primum omnia virtualiter continentur in illo subiecto. ita quod habitus qui inclinatur formaliter ad tale subiectum speculariter secundum rationes quod dicitur inclinatur et virtualiter ad omnia complexa predicta.

Sed primo ad cognoscendum ita de subiecto ipso per se aut non primo ad cognoscendum de alijs per rationes eius. et ita respectu omnium istarum est unus habitus vltimus et virtualis. Primum igitur distinctio sciatarum secundum conclusiones scitarum potest poni esse secundum species specialissimas. sed ista que est secundum virtuales continuum potest poni distinctio secundum genera proxima. sicut intelligendo quod est vna noticia subiecti cuius primum sumptum virtualiter continetur sunt vnus generis tantum. sed noticia conclusionis est vna specie sicut et subiectum eius. et hoc modo potest intelligi illud primo posteriorum. quod vna scientia est vnus generis subiecti que est vna vel vnitatem specificam vel generis proximi modo preposito ultra scientiam secundo modo dicitur est

vnitas scientie minor que est respectu multorum terminorum et complexorum ad que non inclinatur virtualiter vnus habitus subiecti nec primo modo nec per se ut dicebat in secunda sed tantum in potentia et in vltimo sicut est habitus inclinatur formaliter ad considerandum propria inferiorum de ipsis tamen in vniuersali que videlicet sciende sunt per proprias rationes inferiorum et non per naturam causat. ista est vnitas prima et potest dici vnitas generis remota intelligendo sibi modo ut exposuitur est in secundo modo de scientia virtualiter que in se est vna specie. sed scientie omnes in ista oratione modo predicta sunt vna genere remoto.

Quatur ad secundum dico tria. Primum est quod Philosophus loquitur hic de scientia speculativa reali que. scilicet considerat intentiones primas abstractas a rebus singularibus et dicitur de eis in quid. per quod excludit logica que est de secundis intentionibus que de nulla re prime intentionis predicat in quid. Secundum dicitur est quod Philosophus loquitur de scientia stricte sumpta que. scilicet ex natura rei et subiecti ordinatur tanquam ad finem ad sciendum et nunquam ordinatur ad sciendum directiuum in alia operatione que non est essentialiter speculatio per quod excluditur practica vltima que largo modo dicitur est speculatio eo modo quo medi

eina vltis dicitur theozica siue Speculatiua. Terciu dicitur est qd pl s loquitur hic de scia Speculatiua possibile acquiri ab hoie lumie naturali intellecto. s. ex principijs cognitis via sensus. qz cognitio nostra orit a sensu prio posterior. p quod excludit sciencia Speculatiua de substantijs separtis quatuor ad ppria ipso ruz vt dicitur infra.

Scientia igit Speculatiua cu3 triplici differētia 7 determinatiōe predicta sufficienter diuidit hic a Tho in tres ptes sic intelligendo qd ista diuisio est ppria que. s. est creata imediate sub diuisio. quod sic patet. qz talis diuisio non pot esse in scias habetes vnitatem prio mo. qz ille sunt spes Speculatiue 7 remotissime a diuisio. quare o3 qd sit in habetes 2o mo vel terco mo fm istaz vnitates vtrazq corrūdet vnitati subiecti virtuali cōtinente tota sciencia vt dicitur est. igit seqt qd fm diuisione taliu subiectozum oportet esse diuisione taliu sciētiaruz. hanc conclusionē sic expositaz pbat subiecta prima 7 pprie Speculatiua 7 realia d qbus possunt sciri aliqua via sensus sunt tantū tria. ergo tantū sunt tres sciētie Speculatiue reales pprie scibiles via sensus. oia patet ex pdictis. ams pbatur sic. qz ab omnibus spibus

cōibus pot abstrahi vnu cōmune quod est ens habens pprias passiones ex quarto huius vt sunt oia transcēdētia. puta bonū. vnu. veruz. actus. potentia. ic. ergo de ente est aliqua sciētia possibilis qtu ad tales passioēs. 7 est necessaria quia cognitio nostra pcedit a cōmunibus ad ppria. ex prio phisicorū. Ens autē est subiectū reale. quia pdicat de reb in quid. Est etiā subiectū Speculabile pprie qz circa ens inquatur ens est nata ēē aliqua Speculatio directiua in aliq opatoe que sit vera praxis alterius generis a Speculatoe. Itēz passiones eius possunt ostendi de ipso ex principijs cognitis via sensus. habem ergo vnu subiectū pmo3 quod habet oēs conditiōes alias pdictas. 7 sic patet pta ps astis.

Alterius qz habitus in vli nō est respectu pprioz nisi in potentia tantuz 7 fm quid ad hoc qd in tellecto circa alia Speculabilia pfiatur o3 descēdere inferi 7 que rere sbiecta Speculabilia.

Notanduz igit qd sub ente primo occurrūt oia decē generalissia de quibz principijs notis via sensus nō sunt demonstrabiles alique passiones. qz sunt transcēdentes. 7 ideo nulluz istoz ē subiectū alterius sciētie a metaphisica.

Alteri si oportet diuidere ad
 inuestiganduz subiectū alicui^o sciē
 tie non oportet pcedere diuidēdo
 aliquod gen^o accētis in quodlibz
 illorū . 7 quelibet spēs cuiuslibet
 illorū in alia spē sbe mediate vel
 ī mediate virtualr cōtinere. 7 ita si
 qđcunqz istoꝝ poneret sub subie
 cto licet haberet aliquā passiōez
 de se scibilez non tamē esset p̄mū
 subiectū. quare nō accipiet prima
 diuisio sciētiarū penes aliqđ isto
 ruꝝ ergo diuidere substantiaz p̄cise
 vt subiectū primū alteri^o sciētie a
 metaphisica. diuisa autē substan
 tia p corporeū 7 incorporeū alterz
 mēbrū. s. incorporeuz ponit p̄cipa
 tiue sub metaphisica. Cui^o ratio ē
 qz si substantia incorporea hēat passi
 ones sibi primo inherētes non ta
 men a nobis est scibilis via sensus
 sed vt sic soluz passiōes entis de
 ea note sunt. vnde verū est qđ ista
 substantia est subiectuz alicui^o sci
 entie possibil intellectui potenti in
 cognitōe ipsarū sub p̄pria ratōne
 sed nō nobis. Restat igit̄ substan
 tia corporea cui absolute cōsiderata
 inest p̄rio q̄ntitas cōtinua 7 s̄m ali
 quos discreta. 7 mediate q̄ntitate
 oīa q̄ cōsequūt q̄ntitatez vt sunt re
 latōes fundate sup q̄ntitatē 7 q̄lita
 tez quarte spēi. 7 iste passiōes sunt
 de ipsa cognoscibiles ex p̄cipijs

notis via sensus. igit̄ ipsa ē vl̄ pōt
 esse subiectū alic^o sciē speculatiue
 possibil̄ homi haberi. 7 vocatur
 mathematica que p̄p̄uis dicit̄ esse
 de quāto vel quātitate iō est quia
 mathematica non multū compat
 quātitatē ad s̄baz corpoream vt for
 mal ratio subiecti. tamen s̄m veri
 tatē p̄mū subiectū virtute cōtinēs
 oīa ē s̄ba corporea. 7 sic p̄t̄ alia p̄s
 antecedentis. Alterius s̄ba cor
 porea nō cōtracta ad inferi^o s̄z aliq^o
 mō cōsiderata. s. inquātuz hīs for
 mā q̄ ē p̄ncipiū de f̄miate opatōis
 7 mot^o 7 q̄ctis. h̄z mltas passiōes
 sibi sic inherētes 7 scibiles p̄ vias
 sensus. ergo quo ad illas passiōes
 ē v̄a spectatia q̄ d̄r p̄hica siue na
 tural p̄hia. 7 sic p̄t̄ p̄s aūtis.

Dret̄ istas at̄ tres nō pōt̄ inue
 niri aliq̄ scia q̄ nō cōtineat̄ sub aliq̄
 istaz puta si sit de s̄ba aliq̄ inferi
 ori vel in aliq̄ illaz includat̄ puta
 si sit de aliquo accēte. iō sunt tātū
 tres sciētie diuidētes p̄rio sciētiaz
 speculatiuz penes tria subic̄a ha
 bentia cōdicōes exp̄ssas. 7 sic p̄t̄
 cōclusio.

Notādūz etiā qđ incōueniēs est
 tractare de eodē in pl̄ibus sciētis
 tamē pōt̄ s̄z aliā 7 aliā rōez vt me
 taphisica tractat de quantitate in q̄
 tuꝝ est p̄s entis 7 vt h̄z rōez entis.
 phisica vero s̄m qđ est subic̄m mō

tās . mathematica vero definiat
De ea que sub propria ratione quan-
titatis.

Ed hec quoni-
am.

Dic ostendit Philoso-
phus de quibus entibus hec scie-
tia tractat . 7 primo dicit q' hec sci-
entia non tractat de ente p' acci-
dens q' nō determinat de ente quod
est idēz quod verū.

Circa primū dicit q' de ente p'
accidēs nō erit scientia non ergo me-
taphisica.

Ad cuius evidētiā Scot^o po-
nit diuisiones deinde ostendit ali-
quas conclusiones . Quātū ad
primū sit ista p'ia diuisio . ens p'
accidēs dicit' dupl'r . vno mō ut ly
p' accidēs p'uat p'sentatē rei in entita-
te s'm se . 7 sic aggregatū ex rebus
diuersorū generū d'r ens p' accidēs .
siue noietur vno noie siue diuers'
noibus . vt albū qd' imponat sub-
iectū cū accēte siue diuersis noib'
vt quātūz albū musicū albu . alio
mō vt ly p' accidēs p'uat p'sentatē
rei non in se s'z in comparatōe ad
aliquā causā p'ter cuius intētiōez
euēit vt casuale vel fortuitū . Se-
cunda distinctio sit ista q' scia po-
test distingui s'm vnitatē sp'ei sp'ea-
lissime vel generis intēmedii 7 pro-
pinqui vel etiā generis remoti vt

dicit' est in caplo p'cedēti . Ter-
cia distinctio sit ista q' aliqd' pōt
sciri dupliciter vel absolute vel re-
duplicatiue .

Quantūz ad secundū sit ista
prima cōclusio . de ente per acci-
dens primo mō non potest esse scientia
vna vnitatē sp'ei . hec p'bat' . vni-
scibilis est vna p'rie causa . sed ta-
le ens p' accidens non pōt esse cau-
sa p' se igit' zc . p'batio mioris . qz
cūz tale ens nō sit aliquod vni-
cūz poterit esse causa p' se alicui^o vni-
us passiōis . 7 ideo de tali nihil de-
terminat nisi p' alterz cōceptūz quez
includit . 7 iō tali cōceptūz p' se test
tale demonstratūz non at toti com-
posito nisi p' accidēs . ergo scia vna
sp'ē que . s . ē cōclōnis demonstrate
nō ē p' se nisi de altero cōceptu in
tali ente cōplezo inclusoz .

Secūda cōclō ē ista de ente p'
accidēs p' mō pōt esse scia vna vni-
tate generis p'ximi vel rēoti . hic
ōndit q' vni^o intelligibil' p'les pas-
siones vtuāl'r cōtinētis pōt ēē scia
vna vnitatē generis p'ximi vel re-
moti . s'z ēs p' accidēs p' mō ē h^o mōi .
ergo zc . p'batō mioris . qz t'le ens ē
aliq' mō vni^o intelligi^o . s . vni-
co actu s'z nō sit p'le vni^o . nō ei-
z ita impossib' ē hoiez albu vni-
co actu itelligēdi itelligi sicut
hominem 7 album .

nec ita simplici ⁊ vno actū cōcipi
endi homo albus sicut homo. talī
igī entī nat^o est correspōdere ha
bitus ex talibus entibus generat^o
licet iste habit^o nō sit ita vnus sic
ille qui est alteri^o ptis tantū.

Confirmat qz scia subalterna
est de ente paccīs primo mō .vz
inducēdo ī pspēctiua musica astro
logia .qz de linea visuali mltā p
bat pspēctiū que p solā rōz lineē
nō insunt. alioquin pspēctiua esset
pure geometria. Similr osten
dit multa que p solaz rōz visibili
tatis nō insunt. alias esset pure na
turalis. igī quicqd est eius subie
ctuz includit ambo que quīdez nō
sunt vnū nisi p accidēs. tum quia
quelibet talis sciētia cōtinetur sub
duabus. vtriusqz enī cōclusiōs cō
tinētur mediā p pncipijs qd nō
essent nisi eius subiectū substantia
includeret amboz.

Sequūt autē alie due cōclusio
nes que sunt de ente p accīs secū
do mō. Prima est hec de ente p
accidēs secūdo mō. s. reduplicatiōe
inquātuz est ens paccīs nō potest
esse sciētia. Hec patz p Aristo. qz
omnis scia est eorum vel que sunt
semp. vel que frequēter. ⁊ ideo vt
sic tale ens p accidēs nō est scibile

Secūda cōclusio sit ista d ēte
p accidēs secūdo mō dicto non re

duplicatiōe s3 absolute potest esse
sciētia. pbatur. omne illud qd h3
causaz determinatā a qua euenit
semp vel frequēter est scibile p il
laz causaz. sed ens p accidēs secū
do mō nō inquātuz ens p accidēs
s3 absolute. s3 ens p accīs est hui^o
modi ergo ic. pbatio mīozis. licet
enī in comparōe solis ad zodiacū
non possit sciri quare pluat sub ca
ne. qz vt sic n̄ habet causa pluuiē
tamē ex comparōe alteri^o planete
ad solē vel ad aliū planetā vt ad
stellas fixas. vel ex cōparatiōe mul
toruz simul possunt sciri que sūt c
currētia ⁊ sunt causa pluuiē vt in
plurib^o ⁊ generalitē in alijs. nulluz
est enī ens paccidēs nisi respectu
alicui^o qd nō est eius effectus vel
aliozū cōcurrētuz.

¶ Et od aut

q
ic. Dic Ihus dēf
minat de ente quod si
gnificat veritatē ppositiōis. Circa
quod duo facit. primo determinat
circa quod dicat huiusmōi ens. se
cūdo remouet ipsuz a pncipali cō
sideratiōe h^o scie. quo ad p̄mū dic
qz ens qd dīr quasi vez idest qz ni
hil aliud significat veritatē. Cum
enī interrogamur si hō est aīal. re
spōdet qz est p qd significat ppo
sitiōz ipaz esse verā. ⁊ eodē mō nō

ens significat quasi falsus. Cū enī
respōdet q̄ nō est significat q̄ ora
tio p̄posita sit falsa. hoc ergo ens
cōsistit circa cōpositōez ⁊ diuisiōez
intellectū siue ad affirmatōez ⁊ ne
gatōez.

Secundo excludit huiusmodi
ens a principali cōsideratōe huius
doctrīne dices q̄ cōpositio ⁊ di
uisio in quibus est verū ⁊ falsum
dicuntur in mente ⁊ non in rebus
Cōsistit enī in quadā comparōe
duoz cōceptorū siue illa sint idēz
sive rem siue diuersa. vti enī intel
lectus vno quāq̄z vt duobus quādo
cōpositōez format vt homo est hō.
Ex quo patet q̄ talis comparatio
est in intellectu solus ⁊ nō in rebus.
Tale igit̄ ens cui sit ens ratiois ex
cludit a cōsideratōe metaphisici
que est scientia realis.

Ad cuius euidentiā sive Sco.
in hoc sexto pono aliquas distin
ctiones. secūdo aliquas cōclusiōes

De primo sit ista prima distin
ctio q̄ veritas est duplex. quedā
est in re. ⁊ quedā in intellectu.

Secūda distinctio q̄ veritas q̄ est
in rebus est duplex. vno modo sive
se ⁊ absolute sive res. Alio modo per
comparatōez ad cognoscētes ⁊ intel
ligentē. Primo modo sumitur
tripliciter. vno modo vt dicit ab
solute conformitatez producti ad

producens secundum imitationes

Alio modo vt ultra illam imi
tationes addit adequatōez. Tertius
modus illorū trium licet vt
deatur cōmunis secundo ⁊ tercio
tamen si respectus veri ponat ad
significandus quodcumq̄ illorum
trium secundus proprias rationes
est equiuocus. Secundus autem
modus inuenitur in creatura que
imitatur exemplar diuini vt cre
atur a quo pducitur ⁊ cui aliquo
modo assimilatur. Tertius mo
dus inuenitur in filio dei qui ē ve
ritas in quo est summa similitudo
ad primū producens secundū Au
gustinū. huiusmodi enī ē conformi
tas cum adequatione.

Secundo autē modo principa
li vt scilicet est veritas in rebus p
comparatōe ad intellectus dicitur
res tripliciter. Vno modo quā
tū est de se ē manifestata cuiusq̄ intel
lectui potenti manifestissime cogno
scere. Alio modo quā ē assimilata intel
lectui assimilabilis sibi puta medi
ante actu vel spē q̄ nō est nisi intel
lectui reati. Alio modo quā scā manife
statiōe vel assimilatiōe res est in intel
lectu sic cognitū in cognoscēte. Sed
ille tres differūt a primo. quā hūdo
ad pducētes ⁊ intelligētes est alia
⁊ alia hūdo quāq̄ idē sit pducēs ⁊ in
telligens.

Tercia distinctio sit ista q̄ veritas in intellectu s̄m duplices eius opatores s̄m quarū vtrāq̄ natus ē cōformari obiecto vt mēsuratur mēsure quinto hui⁹ cap̄lo de ad aliquid. vna dicit̄ cōplexa alia in cōplexa. Veritas incōplexa est cōformitas vel similitudo actus simplicis ad obiectū simplex intelligibile. Veritas autē cōplexa ē conformitas actus cōplexi ad obiectū cōplexū. vel s̄m alios ē cōformitas inter p̄dicatū ⁊ subiectū. Est autē differentia inter veritatē complexā ⁊ incomplexā. quia veritati incōplexę non opponit̄ falsitas sed ignorantia tantū. ⁊ sic intelligit̄ illud terci⁹ de anima. Intellectus circa quod ē est semp̄ verus. quod ē intelligendū circa habitū cōceptum simpliciter simplicis. Nam intellectus simplex circa intellectū non simpliciter simplicis licet nō possit esse falsus formalr tamē virtualr potest esse falsus app̄hendēdo aliquid sub determinatōe sibi non cōueniēte. Unde quō hui⁹ cap̄lo de falso dicit̄ q̄ est aliqua ratio in se falsa. ⁊ tamē ista ratio est de se intelligibilis simpliciter apprehensione. Secūde autē veritati scilz complexę opponit̄ ignorantia priuatiue. ⁊ falsitas cōsequētie scilz quā loquuntur in intellectu que is

re nō sunt vnita. Dubiū tamen est an hec veritas ⁊ illa sit relatio realis vel ratiois. De veritate in complexa videtur dicendū cū sit in terciō mō relatiuorū q̄ sit relatio realis ex parte opatois que opat̄ quia dependet ad obiectū vt mēsuratū ad mēsurās. sed est ratiois ex parte obiecti. tum quia obiectū vt sic habet esse distinctum ⁊ esse cognitum quod distrahit ab ente ratiois. tuz quia est mēsurā. quia non dependet essentialiter ab op̄e ratiois mēsurata.

De veritate autē complexa dicendū est eodez modo si illa sit ipsa cōformitas opatois ad obiectū vt p̄dictū est.

Si autē s̄z alia vīa sit cōformitas inter p̄tū ⁊ subiectū tūc circa vtrūq̄ erit relatio ratiois. qz extrēa ut sic sūt etiā ratiois sup̄ q̄ fundat̄ talē cōformitas. si autē det̄ vtrāq̄ op̄o de s̄o respōdendū est sic vel sic.

De secūdo principali sit ista prima conclusio. veritas in intellectu secundū opationē cōplexā nō est de cōsideratōe metaphisici. ratio huius est. quia talis veritas vel ē relatio ratiois vel realis. Si realis tunc pertinet ad libz de anima vbi agit̄ de potentis ⁊ actibus anime. Ex natura actus intellectū cognoscit̄ quomō est fundamentum

talis rationis. Si vero sit relatio
ratiois tunc pertinet ad considera
tionez logici cuius est considerare
possibile et impossibile et alios mo
dos oppositionū. **S**ilr dñdū ē
de veritate cōplexa intellectu.

Secunda conclusio est ista q
veritas in rebus scilicet primo mo
do sumpta per comparationē ad p
ducentez ptinet ad cōsiderationez
metaphisici s; verū reale qd nō cō
trahit ēs ad modū vel q̄tū ptinet
ad cōsideratōz metaphisici. s; verū
reale p̄ modo dictū est h̄mōi. p
batio mioris. qz talis veritas re
peritur in diuinis. nec est ibi mot⁹
nec quātūz.

Tercia conclusio est ista verū
reale sumptū p comparatōez ad co
gnoscibilitatez primo modo illoz
trūz pertinet ad considerationez
metaphisici. probatio huius quia
tale verū cōuertitur cum ente. igit
tur pertinet ad metaphisicaz sicut
ens cuz quo cōuertitur. antecede
patet qz de ens d se est manifestati
uū sui cuiusq; potēti cognoscer.

Quarta cōclusio verum reale
sumptūz per comparatōez ad cōgno
scenē secūdo et tercio modo illoz
trūz non ptinet ad metaphisicūz
qui considerat de ente. Ratio
autē p̄o tercio modo est. quia tle
verū est ens diminitū et ens logi

cūz. et ideo pprie ut sic excluditū
a metaphisico cōuertit tamen ali
qualiter cuz ente. qz logic⁹ cōside
rat aliquantiter omnia vt metaphi
sicus. sed modus cōsideratōis est
alius. s. p ens reale et p ens rōnis.
sicut est cōuertibilis entis simplr et
entis d̄minuti. qz neutruz excedit
in coitate. qz quod est simplr ens
pōt esse ens diminitū. quaten⁹ de
ens pōt esse cognitū vel intellectu.

Si arguitur contra predicta q
verū est quod est in compositōe et
diuisiōe nō debeat separi a cōsi
deratōe metaphisici. qz exquo nō
excludit a cōsideratōe cause nec
effectus. sed ille effectus. s. veritas
in intellectu est entis realis. iuxta
illud in p̄dicamētis. In eo q res
est vel non est dicit̄ ppositio vera
vel falsa. Respondeo maior ē ve
ra de causa totali. nō autē sic est
in pposito. qz res non ē talis cau
sa veritatis sed requirit̄ intellect⁹
vnies predicatūz cum subiecto.

Impugnat etiā hic doctor sub
tilis ponēs verū esse obiectū intel
lectus. qz intellectus nō solūz intel
ligit verū sub rōe veri. sed etiā bo
nūz sub ratōe boni. quia ponit dif
ferentiaz inter illa. ergo cognoscit
virūz sub propria ratōe p phi
losophū secūdo de aia igit̄ zc.

Explicit sext⁹ incipit septim⁹.
I p

¶ Ms dicit

multipliciter sicut di-
uissimus. Postquā

hucus remouit a principali con-
sideratōe ens p accidēs ⁊ ens qd
est verū. hic incipit determinare de
ente per se extra aiaz. Diuidit
iste processus in duas ptes. quia
primo determinat de ente inquātū
ens. secundo de p̄mis p̄cipijs en-
tis vt in. xi. ⁊. xii. Quo ad p̄mū
dēmiat de ente s̄m q̄ diuidit in
decē p̄dicamēta. circa quod duo
facit. Primo enī ostēdit q̄ ad d̄
terminādū de ente s̄m q̄ diuidit
in decē p̄dicamēta sufficit deter-
minare de sola substantia. secūdo
incipit determinare de s̄ba ibi dī
citur autē substantia. In p̄i-
ma igit parte intēdit hanc ratioēz
q̄ est simplr ens ⁊ non s̄m quid ēē
p̄mū inter entia sufficiēter d̄mō-
strat naturā entis. s̄ substantia est
huiusmodi. ergo sufficit ad cogno-
scēdū naturā entis determinare d̄
substantia. Ad declaratōēz mioris
duo facit. p̄io ostēdit q̄ substan-
tia ē p̄mū ens. secūdo quomodo
dicit p̄mū. Circa p̄mū vti
talī rōe. illud quod ē propter se ⁊
simpliciter in vnoquoq̄ genere est
p̄mū eo q̄ propter aliud ⁊ secun-

duz quid. s̄ substantia est ens sim-
pliciter ⁊ propter seip̄as. omia au-
tēz genera a substantia sunt entia
s̄m quid ⁊ propter substantiā. sunt
enim entia eo q̄ taliter entis idest
eo q̄ habēt aliquā habitudinē ad
substantiā. vnde non ē possibile ali-
quod eoz separi a substantia. er-
go substantia ē p̄mū inter omnia
entia. Deinde ostēdit quomō est
p̄mū ens dicens q̄ substantia ē
p̄mū ens s̄m temp⁹ s̄m diffinitō-
nez ⁊ s̄m cognitōez.

Ad cuius euidētiāz vidēdū
est s̄m mētē Scoti hic. ⁊. xii. dis-
quarti s̄niaz de inherētia accidētis
ad s̄baz. secūdo de triplici p̄iori-
tate substantie. Quo ad p̄mū
p̄mittā aliquas distictōēz. secū-
do ostēdas aliquas conclusiōēz.

Prima distictio ē ista. hoc nomē
accidēs cui sit nomen cōcretū pōt
sumi duplr sicut cetera concreta.
Uno mō p̄ p̄mo significato no-
minis qui ē cōceptus quē accidēs
naturalr importat qui est ipsa ac-
cidentalitas. ⁊ sic ē sinonimū sicut
⁊ inherētia. Alio mō pōt sumi p̄
subtraido quod denominat hoc cō-
cretū accidēs quod ē ens aliquod
nouē p̄dicamētorū siue sit abso-
lutū siue respectiū puta qualitas
quātitas.

Secūda distinctio sit hec inherētia ē duplex actualis ⁊ aptitudinalis. Inherētia actualis ē ipsa vno accidētis exīntis cuz subiecto exīnte. Inherētia aptitudinalis ē dependentia siue ordo essentialis accidētis ad subiectū. prima inherētia nō semp inest accidēti. secūda vero semp inest exīnte subiecto vel nō exīnte. Tunc sit illa p̄ia cōclusio. neutra inherētia ē de eētia accidētis accipiēdo accidēs secūdo mō pro eo quod hoc nomine denoiatur siue sit accidēs absolutū siue respectiū. hanc oīdo quātuz ad p̄iaz ptem specialiter.

Nullus respectus ē de eētia absoluti. s; vtraq; inherētia ē respectus igit̄ ic. maior patet p̄ Thilo sophuz quarto huius contra veritatez apparentiū.

Quantū ad vtranc; p̄ez arguitur. fundamētū res ē aliū a respectu siue relatiōe. sed inherētia fundat in quolibz accidēte. igit̄ ē aliud a quolibet accidēte. maior p̄ez p̄ Augustinū septio de trinitate. illud quod relatiōe ē aliud p̄ter relationem.

Secūda conclusio sit ista q; inherētia aptitudinalis ē eadē realiter ipsi accidētī secundo mō sum

pto siue sit absolutuz siue respectiū. probat nulla aptitudo naturalis alicui⁹ entis distinguit realiter ab eo cui⁹ ē. sed inherētia aptitudinalis ē quedā aptitudo naturalis accidētis talis ergo ic.

Preterea passiōes entis dicte de inferioribus non dicunt aliud ab ente in eis. sed esse in se ens v̄ esse inherēs sunt quedam passiōes dicte de inferiorib; scilicet de substantia ⁊ accidēte. nec ergo esse ēs dicit aliud a substantia. nec esse inherens dicit aliud ab accidēte. p̄ batio aīntis. qz esse in se ens ⁊ esse inherens p̄ eodē accipio sicut esse prius ⁊ posterius. prius autem ⁊ posterius diuidūt ens sicut passiōes ergo ic.

Tercia cōclusio ē ista. inherētia actualis distinguit realiter ab accidente primo mō dicto quod ē absolutū. hec cōclusio oīditur sic. Impossibile ē q; idem maneat ⁊ corrumpat. alias simul erit ⁊ non erit quod ē opposituz p̄imū p̄incipij. sed manēre ⁊ exīnte accidēte absoluto non manet inherētia actualis. minor patet in sacramento altaris vbi accidentia sepata exīstunt sine inherētia actuali. alias si ibi maneret inherētia actualis esset ibi in substantia panis.

¶ Sed contra illam conclusionem in
statu primo auctoritate Philosophi in littera dicitur quod non est possibile aliquod accidens separari a subiecto. Item Boetius dicit quod accidentis esse est inesse. Item ratione sic non minus est respectus accidentis ad subiectum id est cum accidente quam respectus creature ad deum. sed potius respectus accidentis videtur esse idem subiecto. quod diffinitur per eum. sed non sic de respectu creature ad deum. quod si creatura diffiniret per essentiam diuinam tunc nulla creatura diffiniret in suo genere. quod deus est extra omne genus. sed respectus ille est id est realiter cum creatura. ergo respectus accidentis ad subiectum que est inherencia non minus est id est realiter accidenti quam respectus substantie creature ad deum. quod accidens propter suum respectum ad subiectum diffinitur per subiecta. ex quinto metaphisice capitulo tercio.

¶ Respondeo ad Thomam dicendum quod philosophi dicerent accidens non posse esse sine subiecto. quod ponitur ordinem causarum simpliciter necessarium ut dictum est octavo philosophorum capitulo ultimo. ita quod prima causa non potest causare causatum sine causa secunda substantia autem habet aliquam causalitatem respectu accidentis loquendo de naturali ordine causarum. est

enim eius materia in qua. Nos autem ponimus ordinem simpliciter necessarium. quod ergo deuiamus a philosophis in ante ideo deuiamus in consequente

¶ Ad Boetium dicendum quod intelligit quod accidens habet de natura sua quod insit aptitudinaliter non autem actualiter

¶ Ad aliud nego maiorem. ad probationem de respectu creature ad deum. dico quod non est simile. quod idem est respectus ad fundamentum non est simile. quia identitas respectus ad fundamentum non est ratio que terminat respectum vel dependentie cadit in diffinitione fundamenti ut additur quid igitur aliud. Respondeo quod nec dependentia est essentialis et necessaria causa quod terminus dependentie addat in diffinitione fundamenti dependentis. quod tunc deus magis poneret in diffinitione cuiuslibet creature quam substantia in diffinitione accidentis. sed causa est quod nulla forma potest habere conceptum quietatiuum perfectum et quietatiuum nisi cointelligatur illud cuius est forma Diffinitio autem exprimit conceptum perfectum diffiniti. et ideo essentia forme non exprimit sine eo cuius est. id est ponendo genus et differentiam non quatenus intellectus metaphisice loquendo. sed forte logice loquendo quod scilicet hoc quidem est verum tam de forma substantie

tialit̄ q̄ accidental. unde in diffinitōe
anime ponit̄ corpus. qz aīa ē ad^o
corpis ex secūdo de aīa.

Quarta cōclusio ē ista. inherē
tia actualis est idēz realit̄ acciden
ti respectūo secūdo mō sumpto.
pbat̄ur ista relatio est eadez fūda
mento sine qua fundamētuz ^{causē}
includit cōtradictionē. sed inheren
tia accidentis respectūus est huius
modi. ergo qz respect^o est essentia
liter habitudo inter duo extrema
7 ideo sic tollere terminū ad quez
īp̄sius resp̄cūs est tollere vel d̄stru
ere respectū ita tollere illud cuius
est respectus est tollere vel d̄stru
ere respectuz. 7 per consequēs est
cōtradictio respectuz non inherere.
unde qz resp̄cūs est res iō seq̄r
fundamētuz ^{vel} cui actualit̄ inhe
ret. hec materia tractat̄ diffuse a
Scoto in quarto sententiāru vbi
supra ideo sup̄ledeo.

Quantuz ad secūduz articu
luz de triplici prioritate substātie
resp̄cū accidentis scilicet cognitiōe
diffinitōe 7 tempe. notandū qz nō
accipit̄ tempus hic vt sumit̄ quar
to phisicorū scilicet pro duratōne
vel mensuratione extrinseca 7 suc
cessiva alia ab essentia rei. qz tūc
substātia posset precedere illam
cum sit ^{ibi} accidens. 7 sic p̄cederz

illam tempore in duratōne 7 tūc
erit tempus ante tempus 7 sic in
infinituz. prius ergo tempore hic
dicitur sicut patet ex littera qz po
test esse separatus sine alio. 7 aliō
non sine ipso. 7 isto modo eis sub
stantia prior est accidente s̄ alio ^{vno.}
7 alio modo. ^{vno}

Ubi sciendum est vt prius di
ctum est qz prius tempore ē posse
habere actualez existētiāz priorē
alio. 7 sibi nō repugnat esse sine il
lo eo quod non dependet ab illo.
Et tale prius potest dici prius na
tura. quia ^{aliquis} ē prius natura
quod non est prius tempore. ^{illū}
quid enim p̄cedere isto mō est dū
pliciter. vno mō qz nō depēdet ab
illo. Alio modo qz non est causa
necessaria illius.

Ad proposituz dico qz substā
tia compata ad accidentia sepabi
lia est prior vtroqz modo. compa
ta autē ad propriuz est prior 7 se
pabilis primo mō quia non depē
det ab eo. sed non secūdo modo
scilicet inquātuz est causa quia ha
bet causas necessaria respectu pas
sionis. ideo non est separabilis se
cūdo modo. quia est causa hui^o
passiōis. primo modo est sepabil
modo p̄exposito 7 vt sic non re
pugnat sibi ēē sine quocūqz accēte

De secunda prioritate substantie scilicet prioritate definitionis patet qualiter in definitione cuiuslibet accidentis debet poni subiectus. Cuius ratio ponitur in precedenti articulo de prioritate cognitionis substantie respectu accidentis. Pono duas conclusiones. Prima est quod substantia non est primum omnium entium prioritate generationis. quia omnis nostra cognitio oritur a sensu. sed sensibilia sunt accidentia et non substantia. ergo accidens prius cognoscitur quam substantia. Ideo dicitur primo de anima quod accidentia magna parte conferunt ad cognoscendum quod quid est substantia. igitur accidentia prius cognoscuntur quam substantia que habet maximum quod quid est. Secunda conclusio est ista. substantia est primum cognitione omnium entium prioritate perfectionis. probatur quia cognitio ipsius quod quid est est perfectissima. sed substantia habet perfectissimum quod quid est. igitur perfectissime cognoscitur. maior patet de his que non habent simpliciter quid ut accidentia. perfectissima enim eorum cognitio est quando cognoscuntur per eorum quod quid est. et hec est ratio philosophi in littera.

Sed contra videtur quod accidens

est prius cognoscibile a nobis prioritate perfectionis. probatur quia cognoscibile cognoscitur per speciem. sed species accidentis est in intellectu et non substantie. ergo accidens perfectius cognoscitur quam substantia. maior patet et minor probatur. quia intellectus agens est abstractivus eorum que sunt in fantasia. sed talia sunt accidentia. Tamen etiam nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sensu igitur etc.

Respondeo quod substantia est perfectius cognoscibile. et tamen aliquid aliud potest a nobis cognosci perfectius secundum proportionem sue cognoscibilitatis. Exemplum species albi remissi perfectius representat mihi ipsum album cuius est species quam species solis representat se oculo aquile. et magis video album et perfectius secundum proportionem sue cognoscibilitatis quam sol sit perfectius visibile simplicitate quam tale album. Ad formam igitur cum dicitur quod in libro cognoscitur perfectius cuius species est in intellectu. dico quod verum est secundum proportionem cognoscibilitatis sue. hoc tamen non ostendit se habere de se esse perfectissimum cognoscibile si possumus eam attingere. sed non possumus in via. intelligitur ergo quod substantia est perfectius cognoscibile simpliciter licet non nobis.

Sequitur dicitur et substantia.

Scitur au

tes substantia 7 si non multipliciter.

Doctus ostendit qz principia
 lris intentio huius scientie est conside
 rare de substantia. hic incipit deter
 minare de ea. 7 primo dicit qz pri
 mo determinandus est de pria sub
 stantia cu sit maxie substantia utz
 in pdicamentis. Diuidit igitur sba in
 materia formaz 7 copositu. q qui
 dez diuisio no est generis in spes.
 sed alicuius analogice pdicati de
 his. quia dicit de eis fm prius 7
 posterius. qz ta materia qz forma
 qz etiā copositus sunt substantie.
 sed non eodez ordine. Unde dicit
 qz forma e prior materia 7 coposi
 to 7 magis ens utroqz. Qd enim
 forma sit prior 7 magis ens quaz
 materia pbat. qz materia est ens
 in potētia. forma autē est ad^o ma
 terie. actus autē est prior potentia
 prioritate pfectōis ut p3. ix^o. huius^o
 Qd etiā forma sit prior coposito
 p3. qz ps e prior natura suo toto.
 7 principiu principiatio. materia au
 tē 7 forma sunt ptes 7 principia in
 trīseca copositi. Dicit autē for
 ma magis ens coposito nō qz sit
 ens pfectius. copositū enī est ens
 pfectius forma cū includat tā ma
 teria qz forma. sed dicit magis ens

fm principalitate 7 indepēdentiā
 qz entitas principij est principalior
 qz est forma 7 indepēdens respcū
 principiati qd est copositus ut di
 ctus est quinto huius^o. Substantia
 vno mō dicit qz quid est id est qui
 ditas 7 esse rei. ideo inquit pbs
 de qditatibus rerū sensibiliū per
 rationes logicas in hoc septimo. 7
 sic p principia substantiarū sensibi
 liuz in octauo.

Curā primū notandū qz ut di
 ctum ē in sexto huius^o. hec scientia hz
 quādam affinitatē cuz logica prop
 ter vtriusqz cōitatez. ideo pri^o phi
 losophus logice determinat de q
 ditatibus reruz inuestigādo qz qd
 est seu diffinitōez quiditatū ex
 mō pdicandi. hoc enī ptinet ppe
 ad logicū. Ostendit ergo ea que
 spectat ad quod quid est rei dicēs
 qz ista que pdicantur de aliquo p
 accidēs nō ptinet ad quod qd est.
 nihil aliud enī intelligim^o p qd qd
 est alic^o nisi p que rīdet cōueniē
 ad qōez scāz p qd de aliquo. Cū
 autē querit quid est homo nō ue
 niēter rīdet qz est alb^o vel niger.
 illa ergo q pdicant p accēs de alē
 quo nō ptinet ad rōez eius qdita
 tiuā. Itē que dīr de aliquo in se
 cūdo mō nō ptinet ad qd qd ē ei^o
 ut color ad qd quid supficiē. qd
 pbat. qz aliud ē qz qd est subiectū

et passionis. Quod si eadem esset quiditas subiecti et passionis cum idem subiectum habet plures passiones eadem erit quiditas omnium passionum inter se. quae quaecumque vni et eidem sunt idem inter se sunt eadem ipsa inter se sunt eadem et sic eadem erit quiditas coloris asperitatis et leuitatis que sunt passiones superficie. *Nota* ergo pertinet ad quod quid est que predicant de aliquo in primo modo dicendi per se ut ge^o et d^{ria}

Deinde ostendit contra quod habet proprie quod quid est dicitur quod sola species habet quod quid est seu diffinitionem quiditativam cum sola species habeat generem et d^{ria}. *Nota* autem potest habere diffinitionem quid nominis sine ratione declaratam quid dicitur per nomen. ut si hoc nomen philosophia notificat per hoc nomen sapientia. Et ad exponendum hoc nomen plures accipit hec oratio. amator sapientie. et sic possunt notificari entia per accidens. ut homo albus vel albus id est res habens albedinem. talia enim per se non habent diffinitionem quiditativam cum non sint per se in genere. sed significant res diversorum generum. *Nota* autem quod quid est prius specie quam accidens. sicut ens per prius dicitur de substantia quam de accidente. unde substantia habet quod simpliciter accidens autem nisi secundum quid. sicut aliqui dicunt logice de non ente loquentes quod non ens est non ens sim

pluribus sed non secundum quod. sic est dicimus quod non scibile simpliciter est scibile secundum quid. quod de non scibili scit quod non scit. sic non accidens habet non simpliciter quid sed secundum quid.

Insuper potest *Notus* quaedam divisionem accidentium. scilicet quedam sunt simpliciter et quedam copulata. simpliciter sunt illa que non habent subiectum determinatum. ut concavitas que non tantum reperitur in vase sed etiam alibi. Copulata sunt illa que habent subiectum determinatum ut similitudo que est nasi curvitas.

Alterius ostendit *Notus* quod se habet quod quid est ad illud est quod quod est dicitur quod in dictis secundum se idem est quod quid est cum eo cuius est. non autem in dictis per accidens.

Ad est evidentiā de mente *Scoti* primo ponit aliquas distinctiones secundo aliquas conclusiones. Quantum ad primum sit ista prima distinctio quod sicut forma sumit dupliciter sic materia ut dictum est quinto habet caplo scio scilicet per formam partem et formam totam. scilicet duplex est materia. scilicet materia partem et totius. Secunda distinctio sit ista quod quedam habet quod quid est primo et per se ut homo quolibet species. Nam species dicitur habere quod quod est primo et per se ex hoc quod quiditas nulli alii competit ab eis nisi individuis. et hoc est sub ratione earum. Que

Jam vero habent quidditates p se
 h non primo vt singularia ut abitra
 hnt a tpe et ex natura et tale indi
 viduu est per se in genere. qz no in
 cludut res diuersoz generu. tamē
 habent aliud puta p spēs quas p
 ticipat. ideo non habet prio quod
 quid est. que autē habet qz quid ē
 non prio nec p se s p accidēs . vt
 hic homo existens et in tempe. q a
 tale individuū includit accidēs. s.
 esse in tempe et existētiāz que sunt
 extra rōez quidditatis vel alias cō
 ditiōes materiales que tollūt vni
 tatez entis per se. Alterius si hō
 albus habet qz quid est hz ipsum
 p accidēs magis qm hic homo exi
 stens qui includit existētiā. quia
 albedo est vere accidens. ex natura
 autem non nisi large sumendo
 accidens pro omni tali quod non
 est idem formaliter alicui.

De secundo sit ista prima con
 clusio. In dictis secunduz se ē idē
 quod quid est. hęc cōclusio patet
 per Philosophuz in littera. quia
 singuluz non videtur aliud a sui
 substantia. sed quod quid est est
 substantia extēdendo substantiaz
 ad omne genus entiu. et sumitur
 pro essentia cuius libet rei.

Secunda conclusio est ista in
 dictis secunduz accidens non est

idem quod quid est et cuius est qz
 quid est. quod probatur illud qd
 non habet quid non est idē in qui
 ditate. sed ens p accidens non ha
 bet quid cū aggregat in se res di
 uersozū generū ergo ic.

Sed contra predicta arguitur
 per Philosophuz tercio de ania
 Non est idez magnitudo et magni
 tudinis esse. caro et carnis esse. s.
 esse carnis et magnitudinis est eo
 ruz quid. igitur in dictis secunduz
 se non est idem quod quid est cuz
 eo cuius est. Itē in hoc septimo
 dicit qz in cōceptis cū materia nō
 est idez quod quid est cū eo cuius
 est. sed omnia naturalia concipiū
 tur cuz materia.

Itē si sic igit qz quid est est ge
 nerabile et corruptibile sic illd cui
 us est. falsuz est cōsequēs. cōsequē
 tiāz probō. quia si sunt idem igit
 simul generātur et corrumpuntur
 falsitas cōsequētis patet ex sequē
 ti capitulo vbi dicit qz nec quod
 quid est nec species generatur nec
 corrumpitur.

Respondeo ad primuz qz car
 nis esse accipitur pro quidditate et
 caro accipitur pro ratione habens
 te materiam indiuiduatam quod
 est particulare.

Vult igitur Dominus quod ipsum quod quod est carnis in se non est idem ipsi in diuiduo per se et primo sicut nec indiuiduum habet per se et primo quod quid est et tamen habet quod est idem per se sibi non primo.

Ad secundum dicendum quod Dominus accipit materiam pro differentia in diuiduali et concedo quod in talibus non sunt idem per se et primo licet per se non primo sicut modo preexposito et tunc minor rationis non sumit sub maiori sed equiuocat de materia ut patet.

Ad tertium concedo consequentiam si illud cuius est sit generabile et corruptibile unde quoniam res generat tunc generat suum quod quid est per se tamen quod quid est hominis ut homo est species non generat per se sicut nec ipsa unde per Dominum non generat domus sed hec domus. *Capitulum 3^{um}*

e **Orū autē**

que sunt. Postquam autem ostendit Dominus quod quod est idem cuius eo cuius est hic ostendit quod quidditates et forme existentes in istis sensibilibus non generantur ab aliquibus formis extra materiam existentibus sed a formis existentibus in materia.

Ad eius evidentiam notandum quod Plato posuit ut Aristoteles ei imponit respectu cuiuslibet speciei ydeam

quandam seu substantiam a motu et accidentibus separataz nihil includens in se nisi naturam specificam et habentem passiones speciei alioquin de ipsa nihil sciret quam posuit simpliciter et in corruptibile et eiusdem generis cum corruptibilibus ita quod predicat de eis predicatoe dicente hoc est hoc. fuit motus autem ad ponendum tripliciter rotatum propter formalem entitatem rerum quia omne quod est tale per participationem reducitur ad aliquid tale per essentiam alioquin tale per participationem esset primo tale scilicet singulare est tale per participationem ut hic homo per participationem hominis alioquin homo non plurificaretur in istis inferioribus ergo homo unibilis est homo per essentiam et per consequens est in rebus tum secundo propter scientiam quam tantum est de necessariis singularia autem sunt corruptibilia tunc propter generationem quia secundum Platonez generans particulare non sufficit. Si ergo sic posuit Plato quidditates rerum per se existentes ut ei imponitur male posuit tunc quia corruptibile et incorruptibile non sunt eiusdem generis seu nature ut vult Dominus decimo huius tum quia illud quod dicitur quod talis ydea predicet de hoc corruptibili predicatoe dicente hoc est hoc videtur includere contradictionem scilicet quod idem numero sit quidditas multorum diuersorum et sic extra ipsam quia alie

non esset incorruptibilis. tunc quia
non est ponēda p̄litas sine neces
sitate primo p̄fificorū. non autē
apparet aliqua necessitas ponēdi
huiusmodi ydeas. p̄pter rerū enti
tatez ut videbit̄ etus p̄zima ratio
hic enīz homo est homo p̄ p̄ticipa
tōez hominis. non quidē homis se
pati seu huiusmodi ydee. sed per
p̄ticipatōez nature humane que ē
vna vnitāte sibi p̄p̄ria alia a sin
gularibus vt videbit̄ quinto capi
tulo huius septimi. Nec etiāz secū
da necessitas valet p̄pter rerū sci
entiaz. qz de rebus corruptibilib⁹
possum⁹ habere sciētiaz cōsiderā
do eorūz quiditates abstractas p̄
intellectū de quib⁹ possent p̄bari
necessarie cōclusiones. Nec valet
etiāz terciā necessitas p̄pter rerum
generatōez. qz generatio vniuoca
potest saluari sine talibus ydeis.
Compositū enī p̄ticulare generat̄
vniuoce 7 magis est illa generatō
vniuoca q̄ cōpositi ex ydea gene
rati. Si autē Plato posuit ide
as seu quiditates rerū in mēte di
uina non p̄ se existentes tunc bene
posuit. Essentia enīz diuina est exē
plar rēp̄sentatiuū omniū. q̄ autēz
sic posuit Plato potest p̄uaderi
ex dictis Augustini septimo cōfesi
sionū dīcēs se rep̄sisse in quib⁹ dā
libris Platoniciis q̄ omnia q̄ ha

benf in enāgello Iohannis in p̄i
cipio erat verbum demptis his q̄
spectat ad tempalez verbi diuini
generatōez 7 inter cetera recitat se
rep̄sisse illud Iohānis. quod factū
est in ip̄o vita erat. quod sic expo
nit Nicola⁹ de Iyra quod factūz
est in re extra prius erat in verbo
per ydeaz que est idez quod essen
tia diuina 7 vita intellectualis.
Ex quo p̄z Platonē posuisse yde
as in mente diuina.

¶ Via uero

Philosoph⁹ in hoc ca
pitulo ponit p̄positōnes satis vti
les. ideo circa earū explanatōem
est aliter notanduz. p̄zima ē q̄ ca
dez sūt cum spermate 7 sine sper
mate. Ad cuius euidentiā dīc
Scotus dis. secūda p̄zimi sentēti
arūz q̄one p̄zima. vtrūz in diuinis
sint tantūz due p̄ductiones intrin
sece in medio questōis. vbi diffu
se tractat hanc materiā q̄ est vna
opinio Auicenne fm q̄ imponit ei
Lōmentator quarto p̄fificorū q̄
omnia animalia generabilia per
p̄pagationez generatur ex semine.
eadez ut spē possunt p̄ putrefactio
nē 7 sine semine generari. que opi
nio cōir nō tenet. qz tūc aialia p̄fe
cta vt hō 7 equ⁹ 7 h⁹ mōi p̄n⁹ ex
putrefactōe 7 sine semine generari.

q̄ videtur absurdus. ⁊ de homie
videt contra fidem. Alia est opinio
Kōmentatoris q̄ eadem specie nō
generant spermate ⁊ sine spmate.

diuēza

Sed contra hanc opinionē ar
guitur sic per Augustinū tercō de
trinitate dicens opposituz. Licet ratio
est quia generatū p̄ putrefactō
nez aliquādo p̄propagat alia p̄pa
gantia. ⁊ tamē sunt vniuoca alijs
generatis a se. Igitur p̄propagata ⁊
generata p̄ putrefactionē sunt vni
uoca ⁊ eiusdē speciei. añs patz in
apibus muribus ⁊ plantis.

Est tertia opinio scilicet ipsius
doctoris Scoti quam teneo. s. q̄
p̄propagata ⁊ generata per putre
factionē sunt eiusdē speciei. vnde
non teneo cum Auicēna vniuersa
liter q̄ omnia animalia p̄nt vtro
q̄ modo generari. nihil enī est ge
nerabile equiuoce qn̄ possit gene
rari vniuoce nisi sit ita imperfectū
q̄ causa equiuoca absq̄ vniuoca
sufficiat ad eius generationē vt
plante ⁊ quedā animalia possunt
generari vtroq̄ modo ⁊ equiuoce
⁊ vniuoce. perfecta autē non.

Secunda p̄positio quaz po
nit hic Aristot. est hec q̄ composi
tum ex materia ⁊ forma tantū ge
neratur per se. forma vero non ge
nerat per se sed p̄ accidēs scilicet
ad generationē totius cuius est ps

Pro c^o declaratiōe pono aliq̄
distinctōs. s. o aliq̄s dēctōs. Quātū
ad primū sit ista p̄ria distinctio q̄
generatio potest compari ad duo
scilicet ad subiectū in quo est ⁊ qd̄
transmutat ⁊ ad terminū ad quez
est ⁊ qui producit. Secūda di
stinctio sit ista q̄ terminari aliqd̄
est dupliciter sicut agere scilicet in
ratione quo vel in ratione quod.

Exempluz de agere homo intelli
git vt quod. intellect^o hominis vt
quo. sic est in p̄posito. compositū
terminat vt quod. forma terminat
vt quo. quia est illud quo compo
situm est siue substantialiter siue ac
cidentaliter. ⁊ est termin^o formalis
quo. Tercia distinctio sit ista q̄
sicut dictuz ē in septimo physicoz
caplo p̄rio. Primo sumit a p̄bo
dupliciter. vno mō sicut distingui
tur contra partes. ⁊ sic aliquid in
est alicui p̄mo quod inest ei fin
totuz. sic enī homo p̄mo sanatur
si quelibet pars eius sanat. Alio
modo sumit p̄mo vt dicit causa
licitatē p̄cisaz. vt homo est risibil^{is}
p̄rio qz̄ habet in se causas p̄cisam
⁊ adequatā talis passionis. s. suā
formā seu differentia specificam.
sit prima p̄mitas. a. secūda. b.

Quantū ad secundū articulu
sit ista prima cōclusio. Materia
generat ⁊ corrūpitur subiectiue. p

batur qz **I**hus quinto phisicoruz
pbans qz generatio nō est motus
sic arguit. quod generat non est. s3
quod mouet est. ergo generatō nō
est motus. quero pro quo accipit
in maiori ly quod generat. nō p
termino. qz tunc minor esset falsa.
qz sicut termin^o generatōis nō sic
nec termin^o mot^o est accipit ergo
p subiecto. sed subiectū generatio
nis est materia ergo materia gene
rat. Secūda materia nō gene
rat nec corrūpitur terminatiue. p
batur. qz omē qd generat aut cor
rumpit terminatiue h3 materia3 p
tem sui. s3 materia nō pōt h3e mate
riā ptem sui ergo ic. maior p3 hīc
7 p3o phicoz. qz materia est ex q
res sit euz insit. Cōfirmatur qz
illud quod supponit in omni actō
ne naturali 7 ad quod stat resolu
tio omnis generatōis 7 corrūptio
nis impossibile est corrūpi. s3 ma
teria est huiusmodi. qz ipa suppo
nit in oi actiōe naturali p3o phisi
coz. 7 ad ipsuz stat resolutio oim
generabiliū 7 corrūptibiliū p de
generatōe. g^o impossibile ē ipm ge
nerari aut corrūpi. 7 sic intelligit
dēm phi p phicoz vbi dicit qz ma
teria ē ingenerabil 7 incorruptibi
lis. Ex hoc tñ non sequit quin sit
amihilabil v̄tute diuina. Tercia
cōclio ē ista. forma nullo mō est ter

min^o generatōis p se p3o. hec cō
clusio pbat. qz oē qd generat p se
vt termin^o generatōis generat ex
materia pte sui. s3 forma nō h3 māz
ptez sui. g^o forma nō ē p se tmin^o
generatōis p3m^o. hec ē rō **I**hi in
lra. Quarta cōclusio ē ista. for
ma ē tmin^o formal generatōis qz
pbatio h^o qz illud quo formalitē
est 7 inexistit tmin^o generatōis p
se p3m^o quo est tmin^o formal gene
ratōis. s3 forma est h^o mōi ergo ic

Quinta cōclio ē ista. cōposituz
nō generat p se p pmitate. a. pbat
qz illud nō inest alicui tali pmita
te qz inest sibi fm ptez vt p3 ex p^o
articulo. s3 generatō inest cōposito
rōe forme. nihil ei cōpositi accipit
esse post nō esse nisi sola forma. er
go cōpositū nō generat p se primo
pmitate. a. Sexta cōclusio est
ista. cōpositū ex materia 7 forma
generat p3o pmitate. b. pbatur ^{plet}
illud iest alicui p se p. f. qd iest sibi
p aliq̄ cāz p3cāz q̄ ē aliqd ei^o v3z
ex p articulo. s3 gñari h mō inest
cōposito g^o ic. minor p3z qz gñari iest
cōposito p formā q̄ est sic risibile i
est hōi p formā p3ria q̄ est quo 7
aliqd ei^o. Tercia ppō phi ē ista
qz a nā sūt i q̄rūcūz mā ē aliq̄ p3
forme que sic mouet materia sicut
si moueretur ab extrinseco.

Ad cuius evidētiaz dicit Sco-
tus hic 7. xviii^o. dis. secundū senten-
tiarū q̄ est vna opinio que ponit
q̄ in materia rerū corpaliū ē alia
ps forme generāde coagens ad
positū generationez. quod pbatur
duplici viā. prima viā sumitur
propter vitationez creationis.
Secunda viā sumitur ex natura
litate generatōis. Ex prima ar-
guū sic. si nihil forme p̄xisterz in
materia q̄ informaret materiā er-
go productio forme est creatio. cō-
sequēs est falsuz ergo 7 aīz. p̄ba-
tio oīe p̄ auctoritatē D̄bi dicētis
que a natura fuit in cuiuscūq; ma-
teria est aliqua forma. tūz qz oīs
generatio habet p̄ncipiū intrinse-
cūz naturale. quia natura est p̄n-
cipiūz mot^o 7 quietis secūdo p̄bi
sicozuz. per hoc enī differunt na-
turalia ab artificialibus 7 volen-
tis vt dicitur ibidez.

Sed contra conclusionē argui-
tur sic. si in materia esset pars for-
me p̄xistens. aut ergo erit eadez
respēdu formarū diuersarū speci-
ficatarū. Aut singulis formis spe-
cificis correspondēt diuersę ptes
p̄existerēs in materia. Si detur
primū ergo idēz erit ps forme aq̄
7 ignis. 7 sic forme erāt compōsi-

te ex diuersis. quia ex quo idēz est
in omnibus ideo in illo nō possūt
differre. si p̄ aliud differāt. ergo nō
sunt simplices quod est falsuz.
Si detur secūduz scilz q̄ singulis
correspondēt singule ptes tunc vt
tantūz vna illarū informat mate-
riaz 7 non alie. 7 tūc ille non erāt
per se existentes. 7 sic erāt forme
materiales sine materia quod est
impossibile p̄ naturā. Si omnes
informāt materiā tunc ista mat̄ia
erit s̄l informatā diuersis formis
specie differētib^o quod est falsuz.

Dicendūz ergo q̄ in materia nō
ē ponēda aliqua ps forme coeua
materie seu aliquid transmutabi-
le in formā. sed ibi est ponēda ra-
tio seminalis. que quidē nō ponit̄
in his que p̄ducūt sibi similia im-
mediate vt ignis producit ignem
de qua dicit D̄bus in l̄ra q̄ sicut
domus sit ab extrinseco sic etiam
ignis. Item ratio seminalis nō
ponit̄ in genitis p̄ putrefactōez. qz
ibi sit alteratio ab extrinseco agē-
te. sed huiusmodi ratio seminalis
ponitur in genitis ex semine. Est
autēz ratio seminalis quedāz vis
intrinseca in semine. que quidem
vis est forma substantialis seminis
vel eius qualitas eam consequēs

que est via ascēdendi ad formam perfectā. sed ratio seminalis non ponit̄ ut sit principiū actiū generatōis attingens terminū formale generatōis que est ipsa forma. n̄ lūz enī impfectius potest esse principiū sufficiens producēdi pfectius sed ratio seminalis est quid imperfectius re generāda igit̄ r̄. maior patet. quia esse principiū pducti uū vel est equiuocū vel uniuocū; quero quid horū. vel est eque pfectūz vel perfectius termino producto. Si autē queratur a quo illa forma producat̄. Respondeo a generante mediāte semine ⁊ maxime propter propagationē ut sūt animalia. sed quātūz ad animam rationalem oportet recurrere ad virtutē diuinā. ⁊ dico q̄ a deo immediāte illa producit̄. probat̄ qz non a ratione seminali ut ostensū est nec a patre. q̄a eo mortuo potest filius generari. nec a forma vel virtute celi. quia est impfectior forma animati. quia secundū Augustinum undecimo de trinitate. Omne uiuēs est prestanti⁹ non uiuente. preponit̄ur inquā uiuentia non uiuentibus. nec producit̄ur ab intelligentia vel angelo. qz illa agunt mediante motu celi. si ergo celūz non potest nec angelus medi

ante motu celi. igit̄ a deo pducit̄.

Contra ergo omnes ille forme creantur ex quo a deo producant̄

Respondeo si detur cōsequēs non videtur impossibile.

Vel aliter potest negari consequentia ⁊ causa huius patebit in respondendo ad primū argumētūz De forma autē aliorū ab animalibus aliter est dicendum. de hīs enim non concludit ratio facta ut patet. Ratio igitur seminalis non ponitur principiū actiū respectu termini formalis generationis.

Sed nūquid agit ad alterationēz primāz vel precedentēz terminūz generationis.

Dicendūz q̄ non agit sicut sufficiens principiū actiū. quia virtus actiua uniuormis non potest causare effectum difformēz in passio uniuormi. sed virtus seminis est uniuormis. materia etiam est uniuormis. igitur virtus seminis non potest efficere tantāz difformitatē quanta manet in organis animalium. nec per consequens alterare ad tantam difformitatēz. maior patet quia difformitas in effectū accipitur respectu agentis vel passio. Que ergo virtus facit tantam difformitatem organicam in cor

poze animalis. oportet enī q̄ sit
agens difforme. ⁊ illa est actio dif
formis inf luētie celestis. potest ta
men poni ratō seminaī quodāmō
causa sed nō sufficiēs. sed cōcausa
tiua ad alteratōez primā. ⁊ b° in
animalibus in quibus semen vnius
potest agere in semē alterius ⁊ in
alijs etiā forte.

Ad argumēta alterius opinio
nis. ad primū de creatōe nego cō
sequētiaz. ad probatōez cum dī
citur q̄ creatio est de nihilo sui fa
ctio.

di. etc. Respondeo q̄ nihilo quia po
test habere habitudinē subiecti vī
termini. Si dicat habitudinē ter
mini sic non distinguitur creatō a
generatione naturali. quia vtraq̄
productio est de nihilo vt de ter
mino. Si autē dicat habitudinē
subiecti sic est tantū creatio ⁊ nō
generatio naturalis. Creatio enī
est productio de nihilo ⁊ nullo p̄
supposito. ita quod excludit oēm
causalitatem cuiuscunq̄ cause taz
materialis q̄ formalis q̄ etiā effi
cientis creati cōcausantis ipsi cre
anti. licet aliquando cōcurrat vt
posterius. puta si res creata susci
piatur in aliquo susceptibili.

Oppositū autē huius semp ac
cidit in actione naturali. quia ibi
exigitur subiectum ⁊ materia con
causans quodāmōdo formas na
turales. quia habet inclinationem
ad eam tanquā carens ea ⁊ apta
nata suscipere eam naturaliter.

Unde si p̄ impossibile forma na
turalis produceretur a natura si
ne materia concurrente ⁊ trāsmu
tata per naturā omnis talis pro
ductio esset creatio.

Unde notandum quod creatō
est productio mediā inter ens ⁊ ni
hil simpliciter. Sed generatio est
inter ens ⁊ priuationes que priua
tio ⁊ si nihil sit formaliter. dicit
tamen aptitudines ⁊ inclinationē
naturalem in subiecto aliquo con
causante non sic autē creatio.

Ex hoc autē cessat instantia
de gratia ⁊ anima intellectiua.
quia ad illarum productionē nō
concurrat aliqua causa cōcausans
materialiter ipsi producenti cum
ille forme non educantur de potē
tia materie. Unde deus potest p̄
ducere eas sine susceptiuo. quia
prius natura producantur a deo
antequāz vntatur susceptiuo scilicet
gratia anime ⁊ anima intelle
ctiua corpori.

Patet ergo quod agens naturale non creat et eadem ratione non admirabiliter esto quod producat formas non presupposito aliquo in materia quod in formis naturaliter transmutetur.

Ad secundum cum insertur quod generatio non est naturalis nego consequentiam. naturalitas enim motus vel transmutationis naturalis est accipienda ex parte principij passivi inexistentis ipsi materie. quod quidem principium passivum in naturalibus habet inclinationes naturales ad formam. Unde non omnis generatio naturalis habet in se principium actiuum.

Ad Philosophum hic in littera dicendum quod loquitur de parte forme non formaliter sed virtualiter. eo modo quo dicimus calorem esse partem sanitatis. hoc modo ratio seminalis potest dici pars forme generande licet formaliter nihil sit illius forme.

Ad illa que adducunt de secundo philosophorum dictum est ibi capitulo primo.

Quarta propositio quam ponit Philosophus que etiam ponitur decimo huius est ista. Omnis productio vel inductio forme potest dici uniuoca.

Ad cuius euidentiis cum pro

ductio uniuoca necessario requiritur aliquo modo similitudine forme inter producentem et productum ideo sit ista prima distinctio quod duplex est similitudo. quedam formalis et quedam virtualis. Primo modo est quando agens habet in se formaliter illam formam quam producit. ut cum homo generat homines et equus equum. Secundo modo quando agens habet in se tantum virtualiter formas quas producit et non formaliter. ut cum spera generat calorem in medio.

Secunda distinctio sit ista quod similitudo formalis est duplex. quedam secundum species specialissimas quedam secundum aliquid conueniens. Exemplum primum ut cum homo generat homines. Exemplum secundum ut cum equus generat mulum. quibus forte est aliquod genus commune ut puta iumentum vel aliquod tale in quo conueniunt. ut dicit Aristoteles in hoc septimo.

Tercia distinctio sit ista quod illa similitudo secundum species specialissimam quedam est in forma et in modo essendi forme. et quedam in forma solum et non in modo essendi. exemplum primum homo generans homines. exemplum secundum ut artifex producat archam.

equiuoce d̄ specie materia 7 toto
Equiuocatio nominū multos d̄
cipit 7 errare pmisit. Species enī
accipit̄ tripliciter. vno mō pro for
ma que ē altera ps rei composite.
Alio mō dicit̄ spēs ipsa rei quidi
tas que d̄ forma totius vt hūani
tas de qua specie loquit̄ hic. spēs
autē dico quod qd̄ erat esse. 7 sic
materia est ps spēi. Alio mō suif
spēs p̄ vli qd̄ distinguit̄ cōtra pti
culare cui⁹ fm̄ Aristot. est primo
qd̄ quid est. solus enī specie est
diffinitio primo 7 per se. Mate
ria etiā que est altera ps cōpositi
sumit̄ triplr. vno mō vt nō contra
cta p̄ aliqd̄ adueniēs sibi s; soluz
absolute seu vliter accepta vt est
principiuz potentiale illius cuius
est. 7 sic p̄tinet ad qd̄itates specifi
ca; materialiu. 7 est ps quiditatis
in cōpositis materialib⁹. alio mō
sumit̄ materia nō in vli vt prius.
s; vt cōtracta p̄ indiuiduatōz. alio
mō accipit̄ magis cōtracte vt con
trahit̄ p̄ accidēs vt materia cōtra
cta p̄ existētiāz. Tercia distindio
sit ista simul totū accipit̄ aliquan
do p̄ cōposito in vli vt dicit̄ isra
q; ipm̄ vli cōpositū ex materia 7
forma vliter acceptū est quoddā
totū vt hō 7 equ⁹. Aliqñ simul to
tū accipit̄ p̄ indiuiduo substātie

7 hoc dupliciter. vno mō prout in
diuiduū substātie abstrahit̄ ab ex
istētia 7 tempe. 7 p̄ oīs indiuidu
uz sic acceptū ē p̄ se in p̄dicamēto
Omne enī quod est in p̄dicamē
to abstrahit̄ ab exītia. 7 tale indī
uiduū nihil includit nisi eēntialia
ideo non repugnat sibi recipe p̄di
cationē nature ipsius quod qd̄ est
quod quid ē enī homis p̄dicatur
de homine licet non primo. vnde
talīa indiuidua nec generātur nec
corrūpūnt̄ per se sicut nec vniuer
salia. Alio mō sumit̄ simul totum
7 indiuiduū stricte prout includit̄
existētiā 7 tempus. vt hic homo
existens 7 hic lapis existens. 7 ta
lia sunt que perse generātur 7 cor
rūpūnt̄. 7 de talibus dicit̄ Aristo.
hic non est scientia nec diffinitio
proprie. quia ipsi abeuntibus a
sensu ignotuz est vtruz sint aut nō
tamen in absentia potest esse opi
nio.

His premiffis pono tres con
clusiones. Prima ē ista. materia
non contracta est pars potēntialis
absolute accepta. 7 vniuersaliter
p̄tinet ad quiditates specificam
rei materialis. hoc patet auctori
tatibus Philosophi p̄allegatis.
Item probatur ratione. quia res
materiales in sua eēntia includūt

causas intrinsecas scilicet materia
7 formas. igitur in earum diffinitio
ne debet poni materia. consequen
tia patet quia diffinitio indicat to
tas essentialium diffinitio.

Secunda conclusio est ista. ma
teria contracta per individuationem
pertinet ad quidditatem simpliciter to
tius quod est individuum substantie
distinctum contra uniuersale. hoc
ostendit sic. Singularium sunt cau
se singulares. quarto huius. sed ma
teria 7 forma sunt cause intrinsece
rei. igitur individui erunt cause indi
uidue. materia igitur individui est
causa intrinseca 7 quidditativa indi
uidui substantie sic accepti.

intrinsece.

Tercia conclusio sit ista. materia
contracta per existentiam pertinet ad qui
ditate simpliciter totius existentis
eo modo scilicet quo potest habere
quidditatem. quia ut dictum est non ha
bet quidditatem proprie 7 per se. sed
large 7 per accidens. probatur con
clusio. quia principia essentialia com
positi existentis sunt existentia.
non enim est intelligibile quod ex non
existentibus componatur aliquid ex
istens. sed materia est principium
essentiale rei. ergo rei existentis ma
teria erit existens.

Ex predictis itaque patet quod licet
materia contracta non sit de quiddita

te speciei. materia tamen abstracta
7 inuisibilis est de eius essentia 7 qui
ditate.

Ad auctoritates in oppositum

Ad primum cum dicitur quod om
nes partes diffinitionis sunt forme
dicendum est quod non sunt forme sibi
inuenies compatere sed respectu diffi
niti. quia de ipso formaliter 7 qui
ditative predicatur. Est enim qui
ditas forma totius 7 non partis. 7
ideo ea que spectant ad quidditatem
dicuntur formaliter 7 quidditative
predicari. Omnis ergo realitas
specificata constituit in esse formali
quia in esse quidditativo differen
tia est individualis constituit tantum
in esse materiali 7 contracto cum non
sit entitas quidditativa. quod pro
batur ex hoc. quia quecumque entitas
quidditativa limitata communis est
multis. nec repugnat sibi dici de
multis quorum quodlibet est ipse
talis autem non est differentia in
diuidualis ut ostendit doctor Sco
tus distinctione tertia secunda sen
tentiarum questione ultima de cau
sa individuationis.

Ad aliud de secundo de anima
quod forma est quod quid erat
esse.

Dicendum quod hoc dicitur a prin
cipalitate eo quod forma est prin

cipalior causa et cōpletina diffini-
tōis et quiditatis nō quia materia
concurrat.

Ad terciū cū dicitur q̄ anima
est substantia animati. Dicēduz q̄
Philosophus accipit substantiam
et quod quid erat esse pro notiori
parte et nobiliori diffinitōis et nō
pro tota diffinitione vt patet per
ipsuz glosantes se statim in eodez
capitulo. si quidez altera et nō est
anima aialis et sic quid hoc dicē-
duz q̄ aut nō dicēduz est sicut di-
ctuz est. Sic ergo vult q̄ ania non
est aialis. sic nec ē diffinitio ania-
lis sed p̄ principalis. ideo dicit
sic aut distinguēduz sic aut non
ita quod vno modo est diffinitio
alio modo non.

Ad rationē dicēduz q̄ minor
est falsa. Cognitio enī materie re-
quiritur ad cognitōem rei natura-
lis cuz ad cognitōez cuiuslibet rei
requiratur cognitio omnīū causa-
ruz. materia tamē dicitur ignota
quia nō est potissima ratio cogno-
scēdi illud cuius est forma. tamē
cuz sit magis ens q̄ materia ideo
magis causat entitatem et cogno-
scibilitatez rei q̄ materia. Et etiā
materia nō habet esse perfectum
naturaliter nisi p̄ formas causan-
tes eam esse in effectū. ideo etiā
forma facit cognoscere materiam

tamen vtrunq̄ postea est ratio co-
gnoscendi composituz.

Aliiter dicitur q̄ Philosoph⁹
loquitur de cognitōne scientifica
et de materia cōtracta ad esse exi-
stentie. illa enī est ignota scientifi-
ce et causat cōtingētiam rerum. et
ideo non facit cognitōnez scientifi-
cam istoruz quozuz est materia.
sed causat cōtingētiaz in eis vt nō
possint sciri. et istorū est opinio tā-
tuz. quia cuz sunt extra sensum nō
habetur de eis nisi opinio sed per
hoc non excluditur materia a qui-
ditate rei. ergo etc.

Quantum

ad secunduz. Dic tā-
gaz de cognitōe singu-
lariuz. quia hic dicit Philosoph⁹ q̄ de
singularib⁹ nō est scientia nec dif-
finitio pprie. qz ipsis abeuntibus
a sensu nō est palaz vtruz sint aut
non sint. Et secūdo de anima. sen-
sus est singulariuz et intellect⁹ vni-
uersaliuz. idcirco vidēduz est si
singularia possunt cognosci nō tā-
tū a sensu s3 etiā ab intellectu.

Ad cuius euidētiā dicit do-
ctor subtilis Scotus hic q̄ de in-
telligibilitate singulariū possum⁹
loqui vel metaphisice scilz si sint
per se intelligibilia. Vel phisice

videlicet si sint intelligibilia p̄ cō
parationez ad intellectū nostrū
q̄ q̄o pertinet ad libruū de anima

De primo pono hanc conclusi
onem . singulare quolibet mō sum
ptū siue vt abstrahit ab existētia
siue vt includit existētiā ⁊ alia
accidētia est per se intelligibile de
natura sua . probatur . est simplici
ter ens igitur simpliciter intelligi
bile . cōsequētia patet quia intelli
gibilitas consequit̄ absolute enti
tatez cum ens sit obiectum intelle
ctus ex natura potentie vt dictūz
est terciō de anima . probatio an
tecedentis . quia singulare simpli
citer includit totam entitatem su
periorū . ⁊ etiāz ultra hoc addit
differentiam indiuidualez vel exi
stentiam vel aliquod accidēs quo
ruz neutrum dīminuit sed addit ad
entitatem ergo ⁊ ad intelligibilita
tem .

De secundo scilicet cognitione
singularis per comparatiōz ad in
tellectū nostrū pono tres conclu
siones . Prima est . singulare ē
a nobis intelligibile p̄ statu isto
saltez cognitōe abstractiua . p̄bat̄
Cognoscēs differentiaz extremorū
cognoscit extrema qz cum differē
tia sit quedā relatio nō pōt cogno
sci nisi cognitis extremis . s; intelle

ctus noster cognoscit dīstia inē sin
gulare ⁊ vlt̄ fin qz cognoscit vtrū
qz extremū . sic enīz arguit̄ . In
bus so de aia de sensu cōi . Itēz intel
lectus nō imponit nomia qbus ig
norat . s; intellectū impōit noīa sin
gularibus quib⁹ ēt attribuit inten
tōnes puta singulare indiuidū . ⁊
de his etiāz facit p̄positiōes oppo
sitōes ⁊ huiusmodi que oīa p̄tinent
ad intellectū . ergo intellect⁹ noster
non ignorat singulare .

Secūda cōclusio est ista . intel
lectus noster p̄ statu vie nō per se
intelligit singulare sub p̄pria rōe
singularitatis nec sensus sentit . p̄
bat̄ qz omīs potētia p̄ se cognoscēs
aliquō obiectū sub p̄pria rōne pōt
ipsū cognoscere ⁊ distinguere ipm
circūscripto oī alio ipso solo r̄ma
nēte . sed nec sensus nec intellectus
est huiusmodi respectu singularis
ergo ic̄ maior est euidēs . minor p̄
batur . qz si albedo ponat̄ p̄ diuī
nā potētiāz in eodē loco cū alia al
bedine tunc sensus non indicaret
ipsa esse duo . s; nō distingueret
inter duo singularia eiusdē speciei
circūscripta distinctiōe accidēta
li que est per locū ⁊ figurā ⁊ hui⁹
modi puta si essent in eodē loco
simul tempore ⁊ haberent eandē
magnitudinez ⁊ eundem colozes .

Talia enim tam sensus quam intellectus iudicaret esse unum. patet enim quod sensus non discernit diuersitatem radiorum solarium licet continue varientur in medio. Ratio huiusmodi minoris al signat. quia potentia cognitiua in nobis cognoscit rem non secundum suam ab solutam cognitionem in quantum est in se manifesta sed solum in quantum potentia motiua. quia potentie cognitiue pro statu isto mouetur ab obiectis sed natura singularis non mouet secundum gradum singularitatis. singularitas enim se habet ut conditio sine qua non ut dictum est primo huiusmodi

Tercia conclusio singulare potest intelligi ab intellectu nostro reflectendo ad fantasmata per Philosophum sophum tercio de anima. natura producit singulare. quod sic exponitur. quia sicut natura in agendo non per se intelligitur vniuersale. quia tunc generato corpe quod est vniuersalius quam animal vel homo natura non prederet ad generatum animalis vel hominis. Nec intendit primo indiuiduum significatum. quia tunc generato vno certo in diuiduo cessaret actio nate. quod est falsum. sed natura primo intendit producere naturam in aliquo supposito et hoc est singulare vagum. sicut in proposito species in fantasia ad

quas se conuertit intellectus primo representat singulare vagum in quod fertur primo cognitio intellectus. quod patet. quia quicquid intelligimus aliquod singulare ignorando in qua specie sit et hoc in primo signo. et sic in fantasia est substantia confuse cum accidentibus. Secundo representat naturam absolute quando. scilicet intellectus abstrahit eas a singularitate et fertur in eam precise non considerando eius singularitatem.

Tercio modo reflectendo consideratione nature ad circumstantias signatas ut scilicet intelligat singulare id est naturam que est hec non in quantum hec sed cum accidentibus propriis determinatis tales naturam per tales circumstantias. puta quod est hic et nunc et tali figura et colore et huiusmodi ita quod illius reflexionis terminus a quo et terminus ad quem est quid confusum et in medio est distinctum.

Ad Philosophum in littera iam dictum est quod loquitur de singulari ut existens. et de tali verum est quod non est scientia proprie nec diffinitio. Scientia enim est obiecti ut abstrahit ab existentia actu alii. alioquin scientia quandoque pos

set esse ⁊ quandoq; non. ⁊ ita non esse perpetua . sed corrupta re corrumperetur scientia illius rei . qđ est falsus . hoc tamen non obstante talia singularia possunt intelligi ab intellectu nostro . ⁊ de illis est opinio vt dictum est . Singulare vero quod abstrahit ab existētia est proprie diffinibile ⁊ scibile scientia speciei ⁊ per se licet nō primo vt dictum est .

Ad aliud de secūdo de anima ⁊ ad omēs consimiles dico q; sensus est singularis cū precisione . quia non est vniuersaliū . intellectus autē est vtriusq; . de hoc nota ea que dicta sunt primo huius

Tantū ad terciū quod hic tangit Philosoph⁹ scilicet de distinctiōe cōceptus generis a conceptu speciei dicit idem doctor Scotus in hoc septimo q; est vna opinio ponēs q; conceptus generis non est aliū a conceptu speciei que mouet ex hoc quod dicit Philosophus in littera q; genus nihil est preter generis species .

Item alias genus non predicaret de specie . consequēs est falsum ergo ⁊ antecedens . probatio consequentie . quia tunc genus esset p

speciei . sed pars non predicatur formaliter de toto ergo nec genus dicitur de specie . vnde isti dicunt ⁊ genus ⁊ differētia ⁊ species differunt solū penes modos seu secundū ratios concipiēdi que sunt rationes determinabilis ⁊ determinatī . Sed ista opinio non est vera secundū doctorē Scotū . probatur quia conceptus generis est aliū a cōceptu differentie . igitur est aliū a conceptu speciei sicut partialis a totali . quia species formaliter ⁊ essentialiter includit cōceptū generis ⁊ differentie . ⁊ sic conceptus generis est aliū a conceptu speciei sicut partialis a totali . probatur antecedens . quia differentia non participat genus nec etiā e contra . Sunt enim omnino alterius rationis . Unde conceptus generis est aliū a conceptu differentie . quia est primo diuersus ab eo in nullo cōueniens cum genus includat differentias superiorū . non autem differentia vt statim ostendetur .

Et si queras quid determinate concipitur per genus . Respondeo quod per differentiam concipitur vltimū ^{actus} quod species ē illud quod est completū . ⁊ p genus concipitū potentiale illi⁹ actus vltimū

hoc declaratur. quia secundum
Philosophum in hoc septimo. si
cut se habet ratio idest diffinitio
ad rem sic partes diffinitionis ad
partes rei. In specie autem que
pprie diffinitur non sunt nisi due
prime partes essentielles scilicet ac
tus ultimus quo species est illud
quod est. et potentiale respectu il
lius actus ultimi. Differentia ergo
ultima specifica a qua est unitas
speciei et diffinitionis completive
includit per se et precise de suo p
se intellectu actum ultimum qui est
causa unitatis rei completa. Spe
cies ergo includit principium pote
ntiale respectu illius actus. Ne au
tem videamus ponere conceptus
generis et differentie esse fiduciosos
oportet quod istis in re correspo
deant aliqua ex natura rei distin
cta circumscripta omni operatio
ne intellectus.

Unde notandum quod genus
et differentia quandoque possunt
sumi ab alia et alia re ut in homi
ne vel in alio habente plures for
mas tunc a forma imperfectiori
sumitur realitas generis. et a per
fectiori realitas differentie. Quā
doque autē possunt sumi ab alia
realitate. ut si species sit simplex

non habens plures formas ut al
bedo. prima differentia dicitur re
alis secunda formalis. vtraque ta
men de natura rei

Ad primum in oppositum dico
quod illa allegata auctoritas trā
catur in sine. aut si est est quidem
ut materia. et hec pars disiunctive
est vera ut declaratus est.

Ad secundum nego consequen
tiam. ad probationes concedo quod
conceptus generis est partialis.
pars autem licet non predicatur p
modus partis. tamen signata de
nominatōne predicatur de specie
et ut sic significat totum vel partes
per modum totius ut ait Avicēna
quinto metaphisice. In abstracto
autem ultimo non predicatur. un
de illa est falsa homo est animalitas.

Contra predicatio denomina
tina distinguitur a predicatōne in
quid. sed genus predicat in quid
de specie. ergo non denominative.

Respondeo duplex est deno
minatio. una subiecti ab acciden
te. alia totius a parte essentiali.
prima impedit predicationem in
quid. secunda autem non excludit
Talis autem est denominatio speciei
a genere. genus enim est pars essen
tialis materie. species

Quantū ad quartā quod hic tangit. s. de inclusiōe differētiarū dicit Scotus hic in hoc. viij. 7. scūda. dis. quartā sentētiarū quōe tertia q̄ ē quedā opinio que dicit q̄ differētia generis inferioris includit formalr supiozē. 7. pbat. tū qz p̄dicat de ea in abstractōe igit p se primo mō. Dicit enī hic P̄hus q̄ fissio pedis ē pedalitas quedā. tū qz dicit hic in lra q̄ differētia vltima est tota subitātia rei qd̄ non esset nisi includeret alias p̄cedētes qz aliter nō esset tota subitātia rei tū qz hic dicit q̄ in sba nō ē ordo quomō enī o3 intelligere hoc pzi^o illud vero posterius. Ex qb^o omnibus accipit q̄ vnitas diffinitōis per hoc est q̄ genus nihil est p̄ter ea quoz est. 7. differentia que bz rōez formalis dicit totaz substantiaz rei. ergo nō est ibi alia 7. alia forma.

Sed cōtra hanc opinionē ar. quit. idēz subtilis doctor Scotus vbi supra. qz si sic esset p̄cessus in infinitū in differētijs. falsuz ē cōs ergo 7. aūs. p̄batio cōne. qz si differētie inferiores includerēt supiores. ergo sunt differētes. qz idēz alicui entia. in aliquo ergo cōueniēt. s. in d̄ria supiozi 7. differēt. s. p̄p̄ijs differētijs. 7. tūc vltra que ram de illis differētijs vtruz inclu-

dant supiozē vel non. ergo v̄l erit p̄cessus in infinitū. v̄l stabitur ad aliquas que in nullo cōueniūt nec in aliquo eōi cōueniūt. Item per P̄hm hic. omnis diffinitō datur p̄ genus primū 7. differētiā inter medias vsqz ad vltimā. vel genus primū 7. differētiāz specificā vltimāz. si primo mō sequit̄ contra re nugatio. tunc enī differētiā in media poneret in diffinitōe 7. vltimā includit oēs d̄rias in medias. ergo intermediā bis dicerent̄ semel in se 7. semel in vltima differētia. Si secūdo mō sequit̄ idē q̄ genus primū includit suā differētiā constitutiā 7. vltimā d̄ria s̄l̄r eā bis includit ut dicit. igit bis dicit̄ puta dīcēdo aial rōnale. qz sensibile includit̄ in aiali quod cōstituit 7. iterū in rōnali igit r̄. Dicēduz ē ergo q̄ differentia inferior nullo mō includit differētiāz supiozēz forma liter.

Ad argumenta in oppositū dīco q̄ ad illud philosophi dīcētis q̄ fissio pedis est quedam pedalitas q̄ illa auctoritas est neganda p̄dicatiōe sed nō diuisione. nō enī vult p̄hus nisi q̄ differētia superior diuidit̄ in inferiores. quod patet per eum in littera. dicit enī q̄ in diffinitōibus in quibus sunt

in multe differētie oportet nō solum
genus diuidi in differētiās s; etiā
diuidi primam in secūdas que sūt
differētia p se nō p accidens sicut
si fissiones velis diuidere. vnde
si diuidere habēs pedes nō debet
dicē aliud allatus; 7 aliud nō alla
tus. qz ille non sunt dñe per se ha
bentes pedes vt sic. sed debet di
cere aliud est habēs pedes fixos
aliud nō fixos. qz fixus; 7 nō fixus
sunt differentie peduz; perse. 7 iō
dicit q; fixio est quedā pedalitas
hoc est dictuz; fixio pedis p se par
ticular pedalitatē. 7 ideo perse di
uidit habens pedes.

Nota tamē q; hic dicit Dñs
q; nō possunt assignari differentie
per se. qz sunt nobis ignote. Ideo
oportet assignare differētiās acci
dentales que sunt signa differētiāz;
essentialiū.

Ad secūduz; reducit cōtra spm
quādo dicit q; diffinitio ē tota sū
stantia rei. cui; enī; diffinitio essen
tiāz; rei includat; nō soluz; differen
tiāz; sed etiā genus; 7 cōceptus ge
neris est alius a conceptu dñe vt
visuz; ē sequit; q; dñia nō dicat to
tāz; substantiāz; rei. Dicenduz; er
go q; Dñs nō intēdit q; dñia vl
tima sit tota substantia rei nisi com
pletive vt dictuz; ē prius. Ad ē
cui; etiā reducit cōtra ipsuz;. Cui;

enī in substantia sit materia 7 for
ma 7 forma sit magis eius q; ma
teria. sequit; q; in substantia erit po
ritatis 7 posterioritatis dicit; secun
duz; pfectōez;. Dicit; igit; Dñs ē in
telligēduz; q; in substantiis nō est or
do scilz; in his que pñēt ad rōem
substantiales; alicui; seu diffinitias;
Talis autē alius; 7 alius ordo tol
lit; 7 facit nugatōez;. Unde dicit; q;
si est nugatio addēdo dñiāz; prio
rē posteriori q; pari ratōe erit ecō
tra. hec materia tractat a Scoto
xi. dis. quarti sentētiaruz;.

¶ Noniam

q; vero. Postquā Dñs
determinavit de sub
stantia sū q; substantia dicit; quod
quid est. hic definit de ea vt ob
iectū 7 vlt; est. vniuersale autem a
quibusdā dicit; substantia. Sic enī
dictū est in hoc septimo caplo ter
cio. Plato ponebat pdeas esse sū
stantias separatas a sensibilibus q; s;
dicebat esse vltia 7 pdicare de in
diuiduis specierū pdicatōe dicen
te hoc est hoc. Ideo hic arguit q;
nō sunt danda talia vltia in re.

Ad cui; euidentiā notanduz; ē
sū Scotū hic 7 in terciā dis. secū
di suarū q; Dñs nō intēdit hic
negare quin vlt; sit aliqd in re. tm
mo oppositū ē de mēte eius. s; in

tendit q̄ non sit aliqd̄ in re. eo mō
quo ponebat Plato ⁊ hoc solum
probant rōes eius.

Ad declaratōez aut̄ quō vnū
salia sunt in rebus ⁊ quomō non.
ponaz aliquas distinctōes. Deide
aliquas cōclusiones. De primo sit
ista prima distinctio. s. q̄ duplex
est intentō prima ⁊ secunda. voco
primā intentiōez ipsaz rem positā
in esse cognito seu ~~in~~ intellectu. ⁊
dicit̄ p̄ia qz res. ⁊ dicit̄ intentio
nō quocunq; mō res s; intellecta ⁊
cognita. voco autē secundaz inten
tionē quāda; comparatōez seu rela
tionē intellectus uel opationē qua
intellect^o compat vna primaz intē
tionē vel vnuz p̄io intellectus ad
aliud primo intellectū. Exempluz
intellectus primo intelligēs hoīez
⁊ aīal compat vnū ad aliud secū
duz rationē p̄dicabilis ⁊ subicibi
lis que compatio ex pte aīalis di
citur gen^o ⁊ ex pte hoīs dicit̄ spe
cies. ⁊ sic fm̄ diuersas comparatōes
format sibi intellectus diuersas se
cūdas intentōes puta generis spe
ciei vel indiuidui ⁊ huiusmōi ita
q̄ omnis secūda intētio est forma
liter respectus ratiois. Secūda
distinctio. vniuersale cū sit nomē
concretuz potest sumi dupliciter.
Vno modo p̄ perse significato q̄
dicit̄ vltitas ⁊ secūda intētio. que

s. est quedā relatio ratiois in p̄di
cabili ad illud de quo ē p̄dicabile
⁊ hūc resp̄m rōis sigt̄ vlt̄ in cre
to sicut vltitas in abstracto. Alio^o
fuit vlt̄ p̄ illo qd̄ denoiat̄ ab ista
intētioē vltitatis q̄ est aliq̄ res p̄me
intētiois. qz 2^o intētiōes applicat̄ p̄i
mis. ⁊ hoc fo mō pōt capi dupl̄
Vno^o p̄ illo qd̄ est q̄si subiectuz re
motū denoiatū ab ista intētioē fa
⁊ sic nata absolute d̄r vlt̄ q̄tenus
nō ē de se hec. ⁊ ita n̄ repugt̄ sibi
ex se dici de multis. ⁊ nata lic ac
cepta ē indefiāta p̄uatie seu nega
tie. Alio^o pōt accipi p̄ sibiō p̄p̄ia
quo qd̄ ē ipsa nata; defmiata cō
trarie. ut. s. cūda defmiatōi adu
ali q̄si hitui contrario. ⁊ h̄ mō nō est
vniūsale nisi natura adu determi
netur ita q̄ sit vnū intelligibile nu
mero dicibile de oi supposito. ⁊ h̄
ē cōplete vlt̄. Tercia distinctio
est q̄ esse in intellectu cōtingit du
pliciter. vno mō hitualiter ⁊ p̄io
quādo. s. est ibi p̄ sp̄ez manētes im
mediate motiua ad sui intellectōez
Alio mō accipit̄ p̄tio puta qū iā
actu mouet ⁊ intelligit̄. secūda^o mo
d^o infert̄ p̄mū nō ecōtra vtz de se
De 2^o sit ista p̄ia actio. vlt̄ sum
ptū p̄io. s. p̄ intētioē nō ē in reb^o
s; in intellectu tātū. hoc oñdit̄ sic.
purū ens rōis nihil ē in reb^o extra
s; vlt̄ sic acceptuz ē h̄ mōi vtz ex

predicis ergo ic. Uñ ista opatio q̄
est intencio 2^a nō ē nisi obiectie in in
tellectū opante. Secunda cōclio
ē q̄ vñ sumptū 2^a mō. s. p subctō
reoto intellectū ē vñ aliqd in reb^o
pbat. illud qd̄ destructo oī actu
intellectus vere est aliqd̄ in rebus
s; vñ sic sumptū ē h^o mōi ic. mior
p; q; destructo oī actu intellectus
natura lapidis est q̄ de se non est
hec s; idetermiata negatie 7 pua
tie vere ē igit. Itē qd̄ quid est
absolute sumptū ē vere res. q; p̄
cipiū 7 causa ut dicit hic Idus
s; ipsuz qd̄ quid ē absolute sump
tū est vñ. tale enī vñter expm̄it p
diffinitōez 7 includit eēntialiter in
ea 7 p se. 7 ut sic cōsiderat a meta
phisco ergo ic. sed ista natura sic
accepta nō pōt esse sine singulari
bus. q; de se nō est hec. Pōt ta
mē dubitari an hēat aliquā vnita
tē realez saltē miorēz vnitate nūe
rali. Certū est enī q; nō ē vna vni
tate nūerali. q; de se non est hec.
Respondeo q; sic. ppter quod sit
ista terciā cōclusio. vniuersale sump
tuz fo mō est vñ vnitate aliqua
reali miorē vnitate nūerali que q̄
dē vnitas est passio eius. pbatur
q; sile 7 equale fundatur sup vñū
ex qnto metaphice caplo de ada
liquid. sed nullo intellectu existēte

est realis similitudo albi ad albū
fm albedinez. igitur aliqua realis
vnitas est p̄ximū fundamētuz hu
ius relatōis realis. q; relatio rea
lis nō fundat sup ens. rōis forma
liter. non est autēz hec vnitas vñ
tas nūeralis ut patet. quia hoc al
buz 7 hoc albuz non sunt idez nū
mero. quia nihil idez nūero est sē
mile sibi ipsi. ergo est alia vnitas
realis. p̄terea si oīs vnitas est nūe
ralis omīs diuersitas realis ē nu
meralis. consequēs est falsuz. ergo
7 antecedēs. pbatio cōne. q; vñuz
7 multa idē 7 diuersuz sunt oppo
sita ex decimo hui^o. 7 quot mōis
dicit vñū oppositoruz tot modis
dicit 7 reliquuz. ex octauo topico
ruz. 7 sic si sit tantū vnitas nūe
ralis erit 7 tantuz diuersitas nūe
ralis. 7 sic tantum sortes differt a
Platone quātuz differt a brunel
lo. 7 sic intellectus non magis pōt
abstrahere a sorte 7 platōe aliqd̄
cōe magis q̄ a sorte 7 brunello. 7
sic quodlibz vniuersale est purū si
gmētuz quod est absurdū.

Quarta conclusio. vniuersale
tercio modo sumptū quod ē inde
terminatū cōtrarie fm illud quod
est est in rebus. probatō q; relatio
addita nature qd̄ ē ēē in intellectu
habitualmente habet fundari in re.

sed natura fm illud quod ē in re
 h3 istaz relationē. igit̄ illud quod
 est v̄le est in re. Unde p̄t dici q̄
 vniuersale ē in re sic intelligēdo q̄
 eadē natura que est in existētia d̄
 terminata p̄ gradū singularitatis est
 indēmiata in intellectu obiectiue
 ⁊ ut h3 hanc relatōez ad intellēm
 ut ad cognoscēs est indēmiata c̄
 traria indēmiatōe sibi data p̄ in
 tellētū ⁊ sic ē c̄plete v̄le. Qui
 ta cōclusio v̄le terco mō est in intellētū
 h̄tualiē ⁊ necessario. pbatur
 q̄ si v̄le adū tantū esset in re ⁊ nō
 in intellectu tūc intellect⁹ agēs sup
 flueret. Intellectus enī agēs fm
 Cōmentatorē facit v̄litate in reb⁹
 Itē tale vniuersale est vnū intelli
 gibile numero dicibile de oī sup
 posito ita q̄ intellect⁹ attribuēdo
 ipsuz diuisis singularib⁹ attribuit
 idēz obiectuz nūero pluries conce
 ptuz vt predicatū plurib⁹ sbiectis
 dicēdo hoc est hoc ut dictū est. s3
 impossibile est q̄ aliquid omnino
 in re existens sit idem intelligibile
 numero. ⁊ sic attribuit diuersis.
 licet enī alicui existenti in re nō re
 pugnat esse in alia singularitate ab
 ista in qua est non tamē idēz vere
 potest dici de quolibet inferiori
 nisi p̄ intellētū abstrahentē ⁊ p̄di
 cantē idēz de multis ergo itē.

Si arguit cōtra predictā signā

ter cōtra secūdas terciā ⁊ quartaz
 cōclusiones q̄ vniuersale nō sit alī
 quid in re. q̄ si sic logica que est
 de vniuersali esset sciētia realis.
 consequēs est falsuz ut patet igit̄
 illud ex quo sequit̄.

Respondeo ⁊ dico q̄ logicus
 nō cōsiderat res per se nisi p̄ quā
 to sunt fundamēta secūdaruz intē
 tionū quas intentōes logicus p̄ se
 cōsiderat. ⁊ rōe hui⁹ nō dicit arti
 fex realis s3 rationalis vel inuentō
 nalis. sed d̄ hac materia vide ea
 que dicta sunt primo huius ⁊ ibi
 diffusius reperies istaz materias.

Extremo

p̄ quo ad hunc septimuz
 videndū est de pl̄litate formatū
 Unde notandū fm Scotū in hoc
 septimo. ⁊. 11. dis. quarti sentētia
 ruz q̄ est vna opinio ponēs q̄ in
 quocūq; v̄lno seu aiato nō eēt po
 nere nisi vnā formā scilicet animā
 que q̄dē est vna realiter s3 plures
 virtualiter cōtinens formas mixti
 ⁊ plures p̄fectōes fm quas consti
 tuit diuersa organa que sunt prin
 cipia imp̄fecta diuersarū operati
 onuz.

Et pro hac opinione arguitur
 per Philosophū in hoc septimo
 dicentes q̄ manus mortua nō est
 manus nisi equiuoce. Ex quo vi

detur q̄ manus hēat aliquas for
mas ppriaz. Itē si sic arguit
pluralitas non est ponēda sine ne
cessitate p̄rio p̄bicoz. s; in p̄po
sito nō est necessitas ponēdi plūrs
formas tales cū vna forma p̄fctā
possit qcquid possunt ille plures.
que. s. est cōtentiua aliarū. Itē
ex plurib⁹ distinctis nūero nō sit
vnā numero. patz igit q̄ mltoma
gis ex duob⁹ distinctis specie .vel
que plus differūt q̄ specie non po
test fieri vnū. Itē p̄ Dhm septi
mo hui⁹. Ex duob⁹ existentibus
in actu nō sit vere vnuz. s; plures
forme sunt plura in actu. qz q̄libz
forma est actus. aīalis at est aliq̄d
vnuz. ergo nō pōt cōstare ex pluri
bus p̄tib⁹ hūitibus plures formas
Itē vnus entis est vnū esse.
sed vnū esse est ab vna forma. er
go vni⁹ entis est vna forma.

S; ista opinio nō est vera s̄m
Sco. 7 p̄batur sic. sepata aīa a
corpe remanz corp⁹ sine noua ge
neratōne. ergo in corpe est forma
corpeitatis cuz materia nō possit
esse naturalit̄ sine forma. Similit̄
ps aīalis ut manus pōt separi ab
aīali sine generatōe. s; nō manz in
actu possit separatōez p̄ formā totius
ergo per formā propriāz quas ha
bebat.

Dicenduz est q̄ vni⁹ p̄ter for
mas aīati est alia forma corpis 7
alia forma mixti. 7 p̄ncipalit̄ he
que sunt cōes ^{form} aīali vel vni⁹
lunt autē alie forme p̄tiales speci
fice distincte quot sunt organa di
stincta.

Ad rōes in oppositū. ad p̄mū
dicēduz q̄ manus pōt cōsiderari
dupl̄r. vel manus vt manus. vel
manus vt organuz officiable ad
exequēduz opus vite. eodē modo
de oculo. Si p̄rio mō dico q̄ est
manus vni⁹oce quādiu manz s̄b
forma manus. Si secūdo modo
sic est manus equiuoce. qz sine ea
aīma non pōt exercere op⁹ vite.
sicut nec oculus videre. 7 sic intel
ligit Dhm. 7 sic nihil cōtra nos.

Ad secūduz p̄z ex argumento
cōtra opiūonē q̄ ps sepata nō po
test esse sine forma ppria.

Ad terciū cuz dicit q̄ ex pluri
bus nūero distinctis ic. ^{non} negan
do s̄nāz. qz quāq̄ aliqua sūt ma
gis vnū vnitatē idēptitatis tanto
minus sunt nata uniri ad cōstitūē
duz unū p̄ se. Exemplū albū 7 ni
gruz sunt magis unū q̄ materia 7
forma que sunt oīo alteri⁹ rōis. 7
tamē ex materia 7 forma sit vnuz
per se non autē ex albo 7 nigro. lū
cet sint idēz genere proximo.

Ad quartā euz dicit q̄ duob⁹
existētibus in actu. dico q̄ verū ē
quādo sunt in actib⁹ vltiatis ⁊ nō
carēt p̄cediori actualitate. sed sic
non est in proposito. quia forma
p̄cedēs ⁊ cōmūis est in potentia
respectu p̄fectiōis.

Ad ultimā euz dicit vni⁹ en
tis iē. dico q̄ veruz est totale ⁊ cō
pletiu⁹ scilicet esse totius compo
siti. ⁊ tale est principaliter p̄ vnā
formā. ⁊ illa est qua totū est hoc
ens. illa autē est vltima adueniēs
omnib⁹ p̄cedētibus. ⁊ hoc modo
totū diuiditur in duas partes es
sentiales scilicet in actū propriū
id est in vltimā formā qua est il
lud quod est ⁊ potentiam propri
am illius actus. que forma inclu
dit materiā primā cum omnibus
formis p̄cedētibus. ⁊ isto mō con
cedo q̄ esse illud totale est cōpleti
ue ab vna forma que dat toti illd
quod est. sed ex hoc non sequit̄ qu
sint in toto plures forme p̄tiales
dātes plura esse p̄tialia. nō tanq̄
specificē cōstitūtes illud cōpositū
s; tanq̄ quedā inclusa in potētiali
illius cōpositi. hanc materiā tra
dat doctor subtilis Scot⁹. xi. di
stinctōe quartī sniārū.

Incipit expositio octauī libri
metaphisice.

¶ his que

dīta sunt iē. Postq̄
Aristo. in septio detmi
nauit de qd̄ quid est seu de essen
tia rerū sensibilū p̄ rōes logicas
hic cōter determinat de eis sm̄ p̄n
cipia sensibilū que sunt materia
⁊ forma ostēdo quō in diffinitō
nibus o3 q̄ vnū sit vt materia. ali
ud vō ut forma. gen⁹ autē se hēt
vt materia differētia vō vt forma
de quo sufficiunt que dīta sunt
septio h⁹. Unde in hoc octauo tā
tū p̄scrutabor de quatuor dīctis
que hic tangit D̄bus. Primū est
q̄ diffinitōes seu forme rerū se ha
bent vt numeri. si enī aliqd̄ adda
tur vel subtrahat̄ alicui numero
etiā si illud sit mīmū nō erit idē
numerus sm̄ sp̄z. minimū enī in
nāeris ē vni⁹ q̄ si addat̄ enario
⁊ surget q̄ternari⁹ que est alia spe
cies nūeri. Considr̄ in diffinitōib⁹
q̄ alia dīta addita v̄l ablata est
alia diffinitio ⁊ natura sp̄i. vt si
addat̄ diffinitōi aiālis que est sba
ciata s̄sibil̄ rōnale ⁊ sitūis hoīem
sive hoīs sp̄z. si at̄ abstrahas sen
sibile cōstitūis sp̄z plante. q̄ vlti
ma dīta dat sp̄z.

Ad c⁹ euidentia notādū ē q̄ est

opio q̄da3 q̄ dicit̄ q̄ in q̄ditate for
 maz natalis suscipiētuz magis ⁊
 min⁹ nō est dare gradus intrinse
 eos fm quos ipsa suscipiat magis
 ⁊ min⁹. pbat. tuz ex eo qd̄ dicituz
 est q̄ forme sunt sic nūeri. ⁊ sic nu
 mer⁹ stat ī indiuisibili ita q̄ nihil
 pōt sibi addi vel minui qn̄ imutet
 spēs. sic ē de forma. ⁊ p̄ oīs n̄ h3
 gradus. tuz qz ille gradus vel per
 tinet ad q̄ditatē forme vel nō. Si
 sic g⁹ albedo remissa nō est in spē
 albedis qd̄ est falsuz. si nō ergo al
 bedo intēsa erit ens p̄ accēs. qz in
 cludit gradus qui non p̄tinent ad
 eius eētiaz. Sed ista nō ē ve
 ra. impossibile ē enī aliquā formā
 coicare se alicui fm magis ⁊ mi⁹.
 nisi in sua eētia hēat gradus. als
 fm eundē gradū p̄ticiparet a quo
 cumq; subiecto. s3 forma talis coica
 tur alicui fm magis ⁊ min⁹ vere
 vt nūc supponitur. ergo in sua eē
 tia h3 gradus.

Pro e⁹ declaratōe factū fm
 Sco. dis. xvij^a. p̄mi sniaz ponē
 do p̄rio aliqs̄ oclōes. so aliter n̄ dē
 dēdo ad dubiū. Quātū ad p̄
 mū sit ista p̄ria oclusio. appoxia
 tio vel remorio a suo otrario non
 est causa suscipiēdi magis ⁊ min⁹
 p̄batur. tuz qz eandē v̄tutē possūt
 aliqui diuersi p̄ticipare fm magis

⁊ min⁹ nō p̄ticipādo aliqd̄ de v̄
 cino contrario puta iusticiam vel
 tpantiaz. tuz qz in statu innocētie
 fuis3 grā fm magis ⁊ min⁹ in di
 uersis ⁊ est modo de facto in bea
 tis vbi tū nullū est cōtrariū g⁹ ic.

Secūda oclusio ē ista. nlla for
 ma suscipit magis ⁊ min⁹ fm di
 spositōez subiecti vel fm esse in s̄b
 iecto eius eētia remanente imuta
 ta. pbat qz habito termino ad quē
 fm q̄ min⁹ ē cessat mot⁹ p̄ de ge
 neratōe. s3 p̄ te in p̄n^o generatōis
 habet calor fm rōz qua min⁹ est
 fm esse. s. p̄fectū. igit in p̄ncipio ge
 neratōis cessabit esse motus qd̄ ē
 falsuz. p̄batio minoris. oē qd̄ mo
 uet h3 aliqd̄ d̄ termino a quo ⁊ ali
 quid de termino ad quē sexio p̄h
 sicozū. igit in principio calefactōis
 in ipso calefactibili ē aliqd̄ de eē
 tia caloris. igit eētia caloris non
 suscipit magis ⁊ min⁹ in p̄ncipio
 erit calor p̄fectissim⁹ fm que3 mo
 dus est termin⁹ motus. Tercia
 conclusio est qz radicatio maior ⁊
 minor forme in materia non est
 causa suscipiēdi magis ⁊ minus
 probatur quia ista radicatio vel
 est aliquid distinctū a forma radi
 cata vel non. si nō habet p̄positū
 quia cum ista radicatio sit maior

uel minor. ergo 7 forma. si sic est aliquid distinctū uel est forma ab soluta uel respectia. Si absoluta habet propositū. sicut si respectia habet ppositū. qz magis 7 minus in forma relatiua orit ex magis 7 minus in absoluta.

Quātūz ad secūduz articulu3 primo aliqua premitunt. secūdo ex his apparebit ueritas dubij.

De primo notanduz qz duplex est quiditas specificā 7 indiuidua

Circa quod notādūz qz in hac albedine est tria considerare. pmo naturā specificāz. secūdo graduz indiuidualez qui est d essentia in diuidni. tercio differentiaz indiuidualez qua indiuidua albedo est hec. secūdo qz gradus arguit q̄titatez a materia. Ideo notādūz qz est triplex quantitas. s. q̄titas modalis seu dimēionalis 7 quantitas pfectōis que respicit esse rei 7 quantitas uirtualis que respicit agere. 7 forte illa incidit cu3 tercia q̄tenu3 agere dat intelligere esse.

Tercio uidenduz est quid sunt isti gradus forme de quibz nunc est sermo. Unde assigno talem de scriptōez gradus. Gradus ē portio pfectionalis forme specificē. extra ei3 cōceptuz q̄ditatiuū ipsam formā specificātes infra suuz cōce

ptum essentialiter includens. intra inclusa realiter. cōceptum indiuidui ista descriptio est euidens in satis intuenti.

Quarto videndū est q̄les sint isti gradus. Circa quod notandū qz quidā gradus sunt essentialiū 7 quidā formāz 7 quidā pfectiōnū uirtue cōtentāz in aliquo vno. 7 hoc vltio modo intelligo gradus de quibus nūc loquimur.

